

Ent 28
n





ph

+


Jo. gerson. qualis debet ee forma abso
lucionis. sup excommunicationibus et irre
gularitatibus in foro exteriori et p . . .
sciat a iuristis: qm in foro cosciencie
nō requirit certa forma: nec dē necessi
tate sacramenti nec precepti: et sufficit dicē:
Ego te absoluo sm intencōē absoluendi. ex
pedit tūc q hec intencio sit latissima
que ferat sup omni casu in quo potest
cōfessor absoluere tam de sentenciis quā de
peccatis: et ita sufficit hec forma pro
omnibus sine multo plicando verbo
rū effcr. Jo. de argumantes. in suo instit
e indulgencijs. cosideratio. 10. ad finē.

Prevenire temptaciones. nō est peccatū
in spūz s. nec circeng . . . cō
fitēda. qz nō trahit ad aliam . . .
sed de bono cōsilio cōfitēdū est

+ sensualr texturi. de eo q deus vult
fieri nō est mortale nisi accedat cōsesy
irrationabilr facere q̄ṙ ꝯceptū eē
nō est peccatū qz eē ꝟō intēdit o
bligatē irrationabilr. vt in ....

Ø. V5
C. ꝗ

gnatu





Summa con fessorum.







Erū confessor teneat facere interrogatiões penitēti. Hec q̄stio infra plenius discutit̄: sed hic breuiter dicit̄ q̄ tenet̄ interrogare q̄n putat aut rōnabilr̄ dubitat omitti aliquid necessario ↄfitēdū ⁊ in tali casu nō iterrogādo mortalr̄ peccat. q2 iudex tenet̄ discernere omnia discernēda ante sentētiā absolutionis: alioq̄n iudicis officio abutit̄. ⁊ cū abusus sacramētalis iudicij sit graue sacrilegiū: nolle iterrogare de necessarijs cuiusmodi sunt peccata mortalia alias nō cōfessa ē mortale. Unde in ca. omnis de pe. ⁊ re. precipit̄ ↄfessori vt inq̄rat diligēter peccatoris ⁊ peccati circūstātias. Ex quo patet q̄ iure nature ⁊ iure positiuo sacerdos iterrogare tenet̄. vbi vero cōfessor bona fide putat nō esse opus interrogatione nō peccat: q2 cū sit p̄ceptū affirmatiuum non obligat nisi p loco ⁊ tempore ⁊ s̄m alias prudentie circunstantias. Et vt facilius possit interrogare sumarie casus in quibus communiter mortaliter peccatur: hic premittam.

Circa primū p̄ceptū interroga. si dilexit deū toto corde. si proximū sicut seip̄z. si agit grās deo p suscept̄ b̄n̄ficijs. si ↄformat se diuine volūta

ti in omnibus. si habet motus infidelitatis cũ cõplacẽtia. si in aduersis cõqueritur de deo vel credit ipsum iniuste agere vel nõ habere puidentiã de omnibus. si vellet nunq̄ mori. si mallet fuisse bestiam vel nõ fuisse. si curauit scire futura p supstitiones vel alio modo illicito. si cũ orat credit q̄ nõ impetrabit nisi faciat cũ certis candelis τ cerimonijs. si desperauit de diuina misericordia. si hereticauit seu fauit vl' defendit hereticos. si credit q̄ quilibet bene moraliter viuẽs seruãs suam legem saluabitur. si discredit alicui articulo fidei vel determinationi ecclesie. si disputat de rebus fidei corã simplicib⁹ faciens eos dubitare. si vsus est superstitionibus diuinatiuis: vt si intendit necromãtie: q̄ dicitur a necron qd̄ est mors τ mantia diuinatio: q: per eã queritur occultorum notitia p allocutiones mortuorum virtute demonũ. si intendit geomãtie in qua per figuras τ signa in corpore terrestri puta in ferro vngue vel lapide polito demones prenunciant futura: τ dicit᷑ agios qd̄ est terra τ mãtia. si hidromãtie in qua in aqua fit diuinatio. si aeremantie in qua fit per aerem diuinatio. si piromantie q̄ fit per ignem. si chiromãtie per quã ex lineamẽtis manus fit diuinatio. chiros enĩ grece manus dicit᷑. si nimis vacat augurijs q̄ fiũt per cantus auiũ τ per similia.

si obseruat dies timēs contrahere matrimoniū vel aliam societatem. vel incipere iter ⁊ huiusmodi in aliquo die. si murmurat de factis dei vt si nimis pluit vel est pestis ⁊ huiusmodi. si nimis attēdit somnia. si nimis p̄sumpsit de dei misericordia credens q̄ saluabit̄ etiā si p̄seueret in peccatis. si voluit addiscere artes prohibitas vt necromantiam ⁊ huiusmodi. si habet pactum cū demonib⁹ vel eorum auxilio est vsus: vel voluit scire futura. si fecit vel fieri fecit venefitia: vel incātauit animalia. si portat breuia que hispane nominas dicunt̄ cum nominibus ignotis vel caratheribus alijs a signo crucis. si fecit votum ob malum finē vel fregit votum vel non impleuit debito tempore. si impediuit vel disuassit ingressum religionis. si fecit votū de re illicita: vl' q̄ nō itrabit religionē.

Circa. ij. interroga. si est nimis assuetus pro quibuscunq̄ leuibus ⁊ sine causa iurare: quāuis iurare de se nō sit peccatū: imo vt dicit ps. laudabuntur omnes qui iurāt in eo. tamē ratione contēptus quia talis videtur paruifacere deum: in testem eum passim adducendo: ⁊ ratiōe periculi: q2 frequenter sine causa iurans verū aliquando iurabit falsum: vnde dicit scriptura. iurationi non assuescat os tuum: nā multi casus in ea. ⁊ alibi vir multum iurās replebitur iniquitate ⁊

nō recedet plaga de domo eius. si iurauit falsum vel quod credebat incertū. si iurauit vel ꝑmisit nō intēdēs implere. si iurauit facere malū sub ratione vindicte. si iurauit nō facere bonū. si incitauit aliquē vt sibi reuelaret qd̄ acceperat sub iuramēto vel sub secreto. si iuramētū licitū fregit. si ratione officij studij vel confraternitatis fecit iuramentū qd̄ nō seruat. si iurat opprobriose vt ribaldi faciunt. si apuit lr̄as alteri⁹ vel falsificauit scripturā aliquā. si blasphemauit deū vel sanctos. si iurauit in iudicio cautelose nō ad intētionem iudicis vel prelati in his in quibus tenebat̄ respōdere ad eius intentionē. si iurauit in alterius piudiciū. si fecit iurare quem credebat falsum iuraturū. si fuit causa ꝙ alius deieraret vel blasphemaret. si sine causa petiuit relaxationē iuramenti.

Circa. iij. interroga. si nō audit missam diebus dn̄icis vel festis. si laborat p maiorem partē diei omissa missa sine magna causa. si ē causa alicui ꝙ his dieb⁹ sic faciat. si in missa quā audit de precepto recitat horas ad quas tenetur tēpore quo aliquid alte dicitur a sacerdote. si loquitur ita ꝙ est causa ꝙ alij notabiliter nō attendāt officio. si his diebus emit vel vēdit cum magna distratione ꝛ sine magna necessitate ꝛ cum omissione diuinorum. si non audit missam integram aduerte

sed omittit maiorem partē. pdicta sunt mortalia cōmuniter. si in ecclesia nō est ita reuerēs et attentus sicut oporteret: et ibi loquitur. si nō vacat orationi et cōtemplationi: nec audit sermones in festis. si nō facit differētiā horū dierū ab alijs. si nō orat cum surgit a lecto vel cubat: ista de se sunt venialia.

Circa. iiij. interroga si nō obediuit parētibus carnalibus vel spūalibus tutoribus vel alijs qui habent ipsius curā in his in quibus tenetur. si valde irreuerēter et aspere loquitur eis. si nō curat q filij famuli et omnes domestici sui audiāt missam in festis. cōfiteantur et cōicent. si in eorum infirmitatibus nō facit eos curari. si nō subuenit parētibus valde inopibus cū possit. si quis nō corrigit vel eius incuria subditi offendunt deū. si habet subditos blasphemos concubinarios vel in alio mortali manifeste viuētes: vel si dat eis fauorem ad malū. si est valde negligēs in maritādis filiabus et instruendis filijs in aliqua arte secūdū suū statum. si vxorem valde dehonestat et male tractat. si non impleuit testamenta sue cure cōmissa. si fuit causa q aliqui contraherent clādestine vel tali matrimonio interfuit. si nimis irreuerenter se habet ad ecclesiam et ad res diuinas: et personas ecclesiasticas: maxime ad prelatos et reli-

giosos. si est causa q a parentibus ex animo male-
dicatur.

Circa. v. interroga si occidit aliquem: muti-
lauit: lesit vel vulnerauit. si dixit verbū cō-
tumeliosum. si desiderauit p̄dicta facere ex vindi-
cta et animo iniuriādi. si fuit causa discordie. si iu-
dex nō seruato ordine iuris affixit aliquē. si de-
dit fauorē vt quis iniuriaret aliquē. si fuit p̄gnā-
ti causa aborsus vel ad hoc dedit cōsilium. si ha-
bet inimicitias vel rancorem cū aliquo: vel optat
ei malū. si ei a quo iniuriatus est petenti veniam
et satisfacienti nō parcit nec vult loqui vnde seq̄-
tur scandalū. si peccādo publice fuit causa q alij
peccarent. si exposuit infantē cū p̄iculo ad ianuā
ecclesie vel alibi. si ex dilatione baptizādi aliquē
fuit in culpa q moreret̄ sine baptismo. si extraxit
malefactorē ab ecclesia vel ad hoc fauit ī casu nō
permisso. si potuit cōponere inter aliquos et pa-
cificare et nō fecit. si fecit vel acceptauit duelum
vel lacessiuit aliquē. si agitauit tauros vel fuit cau-
sa q agitarentur cū p̄iculo euidenti: vel fecit vel
cōsuluit fieri ludū p̄iculosum. si intrauit mare vel
exposuit se periculo mortis probabili non pre-
missa confessione.

Circa. vj. interroga. si fornicatus est cū solu-
ta: corrupta vel cōiugata vel cū virgine seu

religiosa psona: vel cũ ordinata in sacris: vel consanguinea vel affine. si osculat⁹ est aliquã psonã de pdictis vel tetigit aliquã ptẽ corporis ei⁹ ex libidine. si voluit hec facere. si trãsit per vicos vl' vadit ad ecclesiã vt aliquã videat. si i ecclesia nimis figit oculos in aliquã vel facit nutus. si misit vel detulit nuncium sup his. si cõsuluit hec. si scripsit litteras. si dedit musicã. si loquitur vel audit turpia cũ piculo casus. si hz morosas cogitatiões de turpibus. si peccata pterita rememorat cũ delectatiõe. si ex his i somnis polut⁹ ẽ. si fecit aliqd ꝯ naturã vl' cũ bestijs. si ornauit se vl' posuit se in fenestris vel alibi vt cõcupisceretur: vel ad hoc voluit habere diuitias vel esse elegãtis forme. si ad excitãdam sui concupiscentiam ostẽdit pectus vel verenda sui corporis. si tangit pudenda alterius. si legit libros de turpibus aduertens de piculo casus. si exponit se piculo cõsentiendi malo intrãdo locũ meretricũ vel domũ alicuius. si comedit vt esset potentior ad peccandũ. si laudauit se vel alium de aliquo peccato. si defert odorifera: vel vellet habere gratias vt cõplaceret i malã partẽ. si sine magna causa vxorati sibi inuicẽ negant debitum: vnde sunt causa ꝙ extra matrimonium fiat aliqua corruptio. si extra vas mittit semen ne sequatur generatio. si cognouit mẽstruatam.

Circa. vij. si furatus est. si decepit emēdo vel vendendo. si damnificauit sata venatiōi va cādo vl' cū pprijs bestijs vel alio quocūqȝ modo. si dat ad vsuram vel habet contractum vsurariū. si emit vilius ratione preuētionis solutionis vel vendit carius ratione dilationis. si habet societatem illicitā. si sine causa accipit sub vsura ab eo q̄ nō est paratus sic dare. si vendendo occultat notabile defectū rei. sī est nimis assuetus ludere in magna sūma ꝛ cū blasphematoribus. si lucratus est cū falsis cartis vel per fraudem vel ab eo qui nō potest alienare: vel ab eo quem per vim traxit ad ludum. si non soluit debita cū possit. si detinet mercedem suorum ipsis inuitis. si dedit sentētiā iniustā. si fauit liti iniuste. si habet litē iniustā. si reperit rem amissam ꝛ nō reddit. si emit rē furatam ꝛ nō reddit vero dn̄o: vel si petit ab eo p̄cium qd̄ dedit furi. si in domo receptat fures. si vendit panē vel vinū vel aliam rē vitiosam. si artifex in suo artificio fecit defectum vel dolum.

Circa. viij. interroga. si dixit falsuȝ testimonium. si mētit' est in p̄iudiciū alteri'. si murmurat de alijs tal'r q' īfamātur. si sine sufficiētib' indicijs indicat ad malū facta alioꝝ. si inq̄rit vitas, primoꝝ ad diffamandū eos. si dixit aliq̄d cōtra aliū animo infamādi. si laudat mala vel vitu-

pat bona. si curauit scire quod alius accepat sub secreto vel iuramēto. si gaudet q̄ alij infamētur vel vituperentur.

Circa. ix. si vult habere aliena quocūq; mō etiā cōtra iustitiā: vel cupit habere diuitias ad malū. si cupit inordinate habere bona tēporalia: vel nimis afficit̄ illis ⁊ ꝓ eis acq̄rendis ⁊ cōseruandis est nimis solicitus omissis spūalibus necessarijs ad salutē. si nimis p̄fert temporalia spūalib⁹ ⁊ ea q̄ sunt corporis his q̄ sunt anime.

¶ De decimo vissum est in. vj.

¶ De superbia interroga. si nimis p̄sumit de se contēnendo deū vel in preiuditium ꝓximi. si est nimis gloriosus faciendo bonū principalr̄ vt ab hominibus laudet̄. si se vel alium laudat de peccatis. si proximum errantem despicit magnificando se. si fuit inobediens suis maioribus.

¶ De auaritia. vide circa. ix. preceptum. De luxuria circa. vj. De ira circa. v. si cū ira offert res diabolo vel maledicit ex animo: mortale est de se.

¶ Circa inuidiam interroga si letatur de aduersitate proximi ⁊ gaudet de eius infortunio. si nollet q̄ alius sciret aliquam artem vel officium: sed ipse esset singularis. si dolet ex eo q̄ aliqui virtuose viuunt. si defectus aliorum notabiles detegit vt vilipendantur. mortalia sunt de se.

¶ De gula interroga. si ex sola gula comedit q̄ sibi nocitura credebat notabiliter. si cōmedit carnes vel oua in diebus ꝓhibitis. si est causa ꝙ aliquis inebrietur. si fregit ieiunium ad qđ tenetur vel fecit ꝙ alius frangeret.

¶ De accidia. si ex accidia omisit ea ad que tenetur vt missam vel horas vel ea que vouit.

¶ De opibus misericordie corporalibus. si vidit aliquem in extrema necessitate famis: potus: hospicij vel vestis ⁊ hmōi ⁊ nō subuenit. si nimis abūdat ī bonis: itaq; habet superflua multa statui suo et vidit alios valde egere. si dimisit aliquē insepultū: vel sepeliuit in ecclia paganū hereticū excōicatū vel aliū quē constat in mortali obisse.

¶ De spūalibus. si non fert patienter aduersa sed ex impatientia vult desperare vel prrūpit in veba plasphemie. si dimisit corrigere fraterne qū sciebat posse prodesse. si male cōsuluit.

¶ Si. v. sensus nō habet mortificatos: sed vsum eorū nō refert in deum sed ad peccatū: vt si vadit videre feminas et videt ad cōcupiscendū et tangit aliquem libidinose. defert odores ad malū. audit murmurātes in infamiam alterius: gustat ꝓhibita vel tempore ꝓhibito et huiusmodi.

¶ De p̄ceptis eccle. si nō audit missam in dieb⁹ de p̄cepto vel recitat tēpore quo aliq̄d alte dicit:

secūdū aliquos hoc est mortale. si in eis laborāt si ne causa et cū omissione diuinorū vsq₃ ad vltimā defatigationem. si non cōfitetur semel in āno et cōmunicat in pascate. si non soluit decimas nec euitat excōmunicatos. si incurrit excōmunica-tionem. si non ieiunat ieiunia eccle.

¶ De quibus clerici. dñi. vxorati τ pueri sint in terrogādi spetialiter: vide infra. folio. cxix. Pre dicta oia sup re notabili τ deliberata rōe cōmissa sunt mortalia peccata de his infra lati⁹ agit̄.

¶ Gratie notabiles ordinum mendican tiū quehabent̄ hispali auctētice.

Eugenius. iiij. Cōfessores nostri qñ sunt in itenere vel alibi ita q̄ nō pñt cōmode pete re casus epales: eo casu pñt vti plenarie auctori-tate episcopali.

¶ Alexāder. iiij. ¶ Fratres nr̄i pñt concedere suis auditoribus in sermonibus indulgentiā. xl. dierū. Itē recipiētes nos ad hospitiū: vł facietes nobis elemosynas: habēt indulgētiā. xl. annorū.

¶ Gregori⁹. ix. ¶ Audiētes sermōes nostros habent. xv. annos indulgentie.

¶ Calixtus. iii. ¶ Fratres nr̄i laici possunt tā gere calices τ lauare corporalia.

¶ Innocēti⁹. viij. ¶ Sacerdotes nr̄i celebrā tes in dieb⁹ dñicis τ i festis dñi nr̄i iesu xp̄i: vł in

festis bte virginis: vel sanctorū ordinis: vel cōi-
cantes in his dieb⁹ habent indulgētiā plenariā.
¶ Sixtus .iiij. ¶ Moniales ordinis possunt
lauare corpalia dū mō sint pri⁹ lota a fratribus.
Itē in receptione cuiuslibet habit⁹ ordinis ⁊ in
die obit⁹ habēt religiosi nr̄i indulgētiā plenariā.
Itē oēs sacerdotes nr̄i possunt benedicere oīa
indumenta ad missam: ⁊ solus prouintialis vl' vi
carius generalis possunt benedicere corpalia.
¶ Item ꝙ priores cōuētuales possunt absolue
re fratres suos ⁊ alios ad se veniētes a quacūqȝ
excōicatiōe: ⁊ dispēsare sup irregularitate. nisi eēt
talis casus, ꝑpter quā sedes aplica esset ꝯsulēda.
Casus aūt ꝑpter quos sedes aplica est ꝯsulēda:
sunt. heresis relapsus: scisma: falsificatio litteraꝝ
aplicarū: ⁊ ōlatio ꝓhibitorū ad ifideles: ⁊ ab his
quatter in āno possumus obsolui per cōfessores
ꝯputatos a ꝑlatis vt videbit infra. Itē pores cō
uētuales, puītie hispāie: lōbardie: ⁊ bethice: ordi
nis p̄dicatoꝝ possunt absoluere fratres suos ab
omnib⁹ a qb⁹ pōt magister ordinis ī toto ordine.
¶ Julius .ij. ¶ Sacerdotibus ordinis licet
ministrare eucharistiam quibuscunqȝ: excepto
die resurrectionis.
¶ Leo decim⁹. ¶ Dicentes quinquies pr̄ nr̄
cū aue maria in ecclesijs nr̄is habem⁹ omnē idul

gentiā ꝛ gratiam factā cuicūqꝫ loco vel ecclesie.
¶ Itē ꝙ in forma obseruatiōis cessationis a diui nis nulla sit int᷑ nos differētia int᷑ cessationē a di/ uinis et int᷑dictū qōcūqꝫ ita ꝙ liceat in cōmūi ꝛ ꝑuate dicē horas et celebrare. vt patet in.iij. cō/ pilatione priuilegiorum fol.lix. concel. clxv.
¶ Itē ꝙ liceat nobis quatter in anno absolui ꝑ cōfessores deputatos a quacūqꝫ trāsgressione re/ gule ꝛ preceptorū quorumcūqꝫ tāta plenitudine quanta posset summus pontifex ꝛ restitui inno/ centie baptismali ꝛ ꝙ qui sub spe huius pecca/ uerit in nullo sibi suffragetur.
¶ Itē ꝙ indulgentie quas habemus ꝑ viuis: possim⁹ applicare defunctis ꝑ modū suffragij.
¶ Itē osculantes habitum ordinis consequunt̄ quinqꝫ annos ꝛ totidē quadragenas de iniūctis penitētijs. ¶ Itē ꝙ liceat nobis alienare bona i mobilia de licentia prouintialis ꝛ assensu maio/ ris partis cōuentus dūmodo ꝑciū expendat̄ ad emendum bona vtiliora eisdem monasterijs.
¶ Itē ꝙ tempore interdicti nō teneamur euita/ re laborantes in domibus nostris etiaꝫ si nō sint familiares nostri ꝛ eis detur salarium.
¶ Item ꝙ tempore interdicti liceat ministrare sacramēta omnia nr̄is seruitorib⁹ ꝛ sepelire eos: ꝛ tam ipsi ꝗ̄ procuratores nr̄i ꝛ operarij qui per

sonaliter insistunt nostris operibus & continuo: possint audire diuina in locis nostris.

¶ Itē licet nobis dicere solū mētaliter aut legē do intra nos p librū ea q̄ iubētur dici secrete tā in horis q̄ in missa: & idē quādo quis per se recitat.

¶ Item q̄ generalis seu prouintialis vel vicarij possint determinare (& si res magni pōderis sit) cū consilio aliquorum patrū in quibuscunq̄ dubijs & scrupulis tangētibus cōsciētias subdictorum auctoritate apostolica & subditi eorum determinationi stare debeant.

¶ Item q̄ facientes violentiam in locis nostris possint absolui a prelatis nostris.

¶ Itē q̄ possit ꝓuintialis instituere de ꝯsilio diffinitorū duos vel tres fratres qui possint istitue re chalendarium pro toto anno cū regulis necessarijs: & q̄ omnes de ꝓuintia faciant officiū sicut ipsi ordinauerint: siue de sancto siue de feria.

¶ Item q̄ nō tenemur dare decimas de terris nr̄is etiam si nō colant̄ per nos sed per colonos.

¶ Itē q̄ liceat audire ꝯfessiōes q̄rūcūq̄ ꝑsonar.

¶ Item q̄ liceat sepelire fratres nr̄os i ecclesijs nr̄is decedētes tp̄e interdicti ordinaria auctoritate appositi pulsatis campanis & cū missa: ac si nō esset interdictum.

¶ Itē q̄ liceat accipe ecclīas & loca d̄ nouo sine licētia ordinarij.

¶ Item q dicendo sex pater noster cum totidez aue maria: ꝛ in fine cuiuslibet gl̃ia patri: cõsequamur omnes idulgẽtias que sunt rome ꝛ in hierusalem: ꝛ apud sanctũ iacobũ in compostella quacũqꝫ hora diei vel noctis: ꝛ quocũqꝫ loco dicatur.

¶ Et nota q inter magnas indulgẽtias q̃ sunt hierosolymis in ecclesia sancti sepulchri ẽ quottidie indulgẽtia liberatiõis vnius anime a purgatorio. Ideo caue ne omittas quottidie dicere p̃dicta sex pater noster ꝛ aue maria.

¶ Itẽ nõ tenemur euitare excõicatos etiã nominati: nisi qñ cõmunit euitant a clero ꝛ populo.

¶ Item omittẽtes aliquid de diuino officio ꝛ qualitercunqꝫ illud dicẽtes dñ mõ nõ fiat ex malicia satisfaciant ꝛ pro supplemẽto omissi dicant aliquem psal.

Margarita cōfessorum.

Augustinus. Christi nomē
frustra sortitur qui mi
nime christum immitatur.



Quid tibi, p͛dest vocari quod
nō es: ⁊ nomē vsurpe alienū.
Si christianū te esse delectat
q̄ christianitatis sunt gere.

¶ Incipit suma ꝯfessoꝝ edita a quodā religioso conuentus sancti pauli Hispalensis. Ordinis predicatoꝝ.

Prologus.



Ubius quidā sctūs hō. Ad qd post tot īstitutos ordines in ecclia: nouus ordo pdicatoꝝ a beato Dñico adiueniretur. Premissa orone comisit se do: vt apto missali qd sibi occureret: tanꝗ oraculū sui dubij accipet. Quo facto cōiectis oculis ad primū capitulū: occurrit primo illud qd in pfatiōe virgis canit Laudare: bndicere: ꝛ pdicare. Et stati sedat9 animo: veniēs ad beatū dñicū: qd sibi acciderat reuelauit gras agēs deo. Et vere ad hoc pdicatoꝝ ordo adinuētus est: vnde i vanū accipit habitū ꝛ mētit in caput suū militās sub hoc ordine: si toto conamine nō curat: laudare: bndicere ꝛ pdicare deū suū. Et vt multifarie multisqꝫ modis hoc apud cūctos fiat: varias ac mlti formes adinuētioes excogitet. Et ne in hac dānatiōe esset quidā eiusdē ordinis imeritus, pfessor conuent9 scti pauli Hispaleñ: ex sentētijs doctorū tractatulū hunc cōfecit. In cuius prima parte tria per ordinē sunt expediēda. Primo agetur de bonitate: auctoritate ꝛ sciencia confessorū. Scdo de partibus penitētie: spe-

tialiter de confessione. Tertio de modo obser/
uando in exercitio confessionis: interrogando: et
penitentias iniūgēdo. In secūda vero parte que
stiões morales cū determinationib⁹ adiūgent.
Sed ante q̄ rem aggrediamur: aduertēdū q̄ du/
plex est modus predicandi. s. publicus et secret⁹:
seu priuat⁹. Publicus modus predicandi picu
losior est predicanti: si in timore dñi et humilitate
ad dei gloriā precise predicando se cōseruare nō
studeat: q2 nulla est tāta humilitas q̄ dulcedine
glorie nō tāgatur. Et tñ min⁹ est periculosus au/
dientibus: q2 si falsa aut male sonātia proferat:
habet multos obuiātes: et error cui statim resi/
stitur parū nocet. Ex predicatione aūt in priua/
to maxime ad aurē in cōfessione. Si bonitate vi/
te: et sciencia: nō sit cōfessor ornat⁹: innumerabi/
les cōtingūt deffect⁹: vel alli tiēdo penitētem ad
malū: vel absoluēdo quē nō deus absoluit. Ideo
prudentes xpiani bonū querūt confessorē et doc/
tum: et sine cōparatione cōfessor huiusmōi maio/
rē in ecclesia facit fructū: et apud deū dignior est
doctorali aureola: q̄ qui publice et grose predi/
cat: q2 et labor magn⁹ et fructus certior. Ut igit̄
sine multo labore confessionū audientie dediti et
securi⁹ intēdāt saluti aiar: cōpilata sunt in hoc li
bello q̄ diffuse tradita sunt a doctorib⁹: q̄ ad hoc
valēt ad laudē et gliā dñi nři et xpifere marie me/
ritissime matris eius.

Incipit Margarita.



Quod ad primum dicit beatus Augustin⁹. sacerdos ante quē statuitur oīs languor: in nullo illorū sit iudicandus: q̄ in alio iudicare est prōptus. Alias alium iudicando seipsū condēnat. Cognoscat igitur se ⁊ purget in se: quod videt alios sibi offerre, piciat a se: qd̄ in alijs culpabile reperit. Animaduertat dictū dñi: qui sine peccato est vestrū. ⁊c̄. Et secundum beatū Tho. audiēs cōfessiones cum consciencia peccati mortalis: mortaliter peccat. ¶ Duo debet habere cofessor. s. timoré sui vnde fiat circunspectus: ⁊ zelum aīarū: ideo oportet ipsum esse sollicitum in audiendo. Consideret: q̄ ipse est vt mare eneū in templo dñi: vbi lauabantur animalia offerēda in sacrificium: et quorum inmūdicijs efficiebatur inmūdum. Unde Gregori. Fit plerūq3 vt anim⁹ pastoris audita tentatione ouis ⁊ ipse tentetur: sed hec nequaq̄ timēda sunt pastori: q: deo cuncta pēsante subtiliter: tanto facilius liberat̄ quis a sua: quanto magis tētatione fatigat̄ aliena. Ideo cū tremore debet audire cōfessiōes ⁊ nō cū risib⁹ ⁊ leuitate. Exo. xxxviij. Jussit dñs fieri labiū eneū de speculis mulierū in quo lauarētur sacerdotes sctā sctōꝝ ingressuri: quod significat sacram scripturā vbi sunt exē-

ad gregoriu

pla sanctorum quā inspiciendo videbit maculas suas sacerdos et intelliget insidias diaboli. De secundo dicit ergo. Nullū sacrificium est ita deo acceptum: sicut zelus aīaꝝ: vnde post promulgationem confessionis subdit Jaco. Qui conuerti fecerit peccatorē ab errore vie sue animā suam saluabit: ⁊ charitas operit multitudinē peccatorū. Et q: moderno tempore nō min⁹ trahuntur ad deū homines (experiētia teste) per cōfessionē quādo diligenter fit: ꝙ ꝑ predicationē: ideo qui vocatur ad huiusmodi nō debet differre. Quātuncunqꝫ tamē sacerdos sit malus effectum confert sacramenti cū sacramēto si nō sit precisus ab ecclesia nec suspēsus. Et quod dicit̄. i. q. i. cap. dictū est. Remissionē peccatorum non conferunt auari: intelligitur de precisis vel si loquatur de alijs intelligitur ꝙ nō dant ex merito vite ita vt sit sensus. non dant. i. non sunt digni dare. ¶ De auctoritate confessoris nota ꝙ non sacerdos ⁊ si possit audire confessiones in periculo mortis non tamen potest absoluere: nisi deprecatiue: si enim absolueret indicatiue incurreret secundum quosdā irregularitatem sicut si celebraret. ꝫ vt patet ex capi. Js qui. de sentē. exco. lib. vj. Ubi habet̄ q̄ȯ null⁹ incurrit irreglā. Propter quod cūqꝫ delictum nisi sit iure expressum non videtur irregularis q: nō est iure exp̄ssum. sicut de celebrāte. Et cōfessus nō sacerdoti tenet̄ iterū cōfite-

nō est cōfitēd laico

ri. Quia solis sacerdotib⁹ dictū est: cui remisse-ritis pctā: remittunt̄ eis. Joā. xx. Dicit aūt scot⁹ in. iiij. dis. xvij. q. j. arti. iij. q̄ vir discretus in nul-lo casu debet cōfiteri layco. Alij aūt q̄ in articu-lo necessitatis layco ꝯfitent̄ ex simplicitate excu-santur. Qꝛ forus cōfessionis est secretissimus ex natura sua: ꝛ nullus tenet̄ ad illuꝫ vt aliquo mō fiat publicus. Vñ nec layco nec per interpꝛetem debet quis confiteri: nā confessoꝛ ꝛ interpꝛes si vellent malignari possent esse testes contra ip̄is confessum: ꝛ ita ex natura sua hec accusatio pōt venire in publicū nec est penitentialis: ꝛ eadem rōne pluribus sacerdotibus simul nō est confi-tendum nec per scriptum. Sed in his casib⁹ cō-fiteatur deo soli cuꝫ pꝛoposito confitēdi homini data oppoꝛtunitate: ꝛ interim ex impossibilitate homini idoneo confitendi excusatur. Sed magi ster ꝛ plures alij post. b. Augu. consulunt q̄ō cō fiteat̄ layco. vñ dicit Augu. tāta est vis confessio nis vt si deest sacerdos cōfiteat̄ ꝓximo. Jmmo vr̄ sctūs Tho. sentire q̄ñ deest sacerdos in casu ne-cessitatis necessariū esse layco cōfiteri. Dicit eni q̄ō in sacramento penitentie aliquid est ex parte sacerdotis. s. absolutio ꝛ satisfactionis iniunctio: aliquid ex parte penitentis quod est de essentia sacramēti. s. contritio ꝛ confessio. Et ad plenitu-dinem sacramenti vtrunqꝫ debet concurrere q̄ñ est possibile: sed si necessitas iminet debet peni-

tens facere quod est ex parte sua.s. conteri ꝛ confiteri cui pōt: qui licet non debeat absoluere: defectum tñ absolutionis supplet summus sacerdos: ꝛ cōfessio sic facta layco aliquo modo est sacramētalis. Sꝫ quod dicit sanctus doctor. qđ in necessitate debꝫ peccator facere quod est ex parte sua intelligit̄ de debito honestatis ꝛ đ cōgruo: quia ex humilitate illa multum merebitur: ꝛ ex verecundia aliquid satisfaciet: nō autem loquitur de debito necessitatis. Et quãuis in sup̄ficie doctor subtilis videatur dissonare a beato Augu. et a sctō doctore ꝛ ab alijs docto. cōiter asserētib⁹ ꝙ layco in necessitate est cōfitēdū. sine dubio nō sic est. Unde mens scoti est qđ quando ex confessione facta layco vel p interpretē vel per scriptū vel plurib⁹ sacerdotib⁹ simul: timet̄ sequi aliquod inconueniens vel reuelationis vel scandali tunc nō debet fieri. Sed his cessantibus fieri potest. Et de hoc in sequentibus latior sermo erit.

D Ostādū ꝙ q̄libet sacerdos potest quēlibet hominē absoluere ꝛ a quolibet. scđm Durādūꝫ: circūscribendo omnē ordinationem ecclesie. Nā cōcurrētibus que sunt de necessitate sacramenti ꝛ debita dispōe suscipiētis est sacramētum ꝛ suscipitur oīs effectus sacramenti: sed circūscripta omni ordinatiōe ecclesie: sacerdos q̄libet est debit⁹ minister sacramēti penitētie: ꝛ cōfessio peccatorū debita materia. Forma aūt de

bita est. absoluo te. Cōfitens aūt si sit penitēs est sufficienter dispositus ad suscipienduʒ sacramentū ꝛ rem sacramēti. ergo. Si dicatur ꝙ nō q̄lʒ sacerdos est debitus minister nec q̄libet peccator penitens est sufficienter dispositus ad suscipiendum sacramētum a quolibet sacerdote: quia penitentia est sacramentū iuditiale: ꝛ ideo requirit ꝙ eius minister sit sacerdos iurisditionem habēs: ꝛ ꝙ iudicandus sit ei subditus: q̄d nō inuenitur ī quolibet sacerdote respectu cuiuslibʒ peccatoris. Hoc nō cogit. q: ꝛ si penitentia sit sacramētum iudiciale: tū est volūtarium ꝛ sacerdos q̄ est iudex in penitentia magis est arbitrarius de volūtate ptiuʒ assumptus: q̄ hn̄s iurisditionem de se: super partes eis inuitis. Cū enī iudiciū penitentie agaꝰ inter deum ꝛ homines: cōstat ꝙ ex parte dei sacerdos est iudex volūtarie assumptꝰ qui fecit sacerdotes mediatores ꝛ arbitros inter se ꝛ homines. Idem etiā est ex parte hominum. quia quātūcūqʒ sacerdos sciret peccatū penitētis: nisi ipsemet illud exprimeret ꝛ subderet se iudicio sacerdotis: nō posset sacerdos iudicialiter agē cum eo. sed si peccator volūtarie se subdat iurisditioni sacerdotis: assumens illum tāquam arbitrū quē deus prius assumpsit: ex hoc videꝰ ꝙ ille sit verus iudex ꝛ peccator subditus in tali iudicio. Argumentum ad hoc est ꝙ in casu necessitatis vbi nulluʒ statutū ecclesie ligat sed omne

cessat: quilibet sacerdos potest quēlibꝫ de quolibet petō absoluere: nec posset statui cōtrarium. Et papa qui nulli statuto subdit̄: a quolibet sacerdote de quolꝫ pōt absolui. Sed dicendum ꝙ cessante omni statuto ecclesie: non quilibet sacerdos sed solū sacerdos hn̄s iurisditionē sup penitentē est debitus minister sacramēti pn̄ie. Vn̄ a principio ecclesie dominus ꝑfecit Petrū curatum dicens. pasce oues meas. ⁊ tibi dabo claues ⁊c̄. Et sicut mō sine licētia curati non licet alteri cōfiteri: sic nec tunc sine licentia petri: ⁊ sicut modo nō licet cardinalibus sine licētia pape cōfiteri: sic nec tūc apostolis sine licentia Petri de iure cōmuni postꝙ fuit necessaria cōfessio: licet libertas spiritus. s. nō habeat legē: ⁊ quāuis oēs apl̄i fuerint immediate a xp̄o sacerdotes ordinati in die cene. Qn̄ dixit. Hoc facite in meam cōmemorationem. Nō tamen in ep̄os nisi petrum cui soli dictū est pasce oues meas. Vn̄ beat⁹ Jacobus ab apostolis cōsecratus est prim⁹ hyerosolimorum episcopus. Et dato q̄ oēs apostoli essent a xp̄o facti ep̄i: tū ab eo petrus vocatus est cephas. Quod interpretatur petrus ⁊ caput. Inde est q̄ in euangelio alijs semper prefertur: ⁊ primus apostolorum d̄r: quia voluit xp̄s vnuꝫ habere vicariū ⁊ ecclesiam vnū caput a quo ceteri tenerent quidq̄d haberent. Credibile tū est ꝙ tota auctoritas petri de gr̄a speciali delegata est

cuilibꝫ discipuloꝝ siue a dño siue ab ipo petro: sicut modo bonis ⁊ securis subditis de quibus spatur ꝙ nō abutētur. Solēt plati cōcedere plenā suā autoritatē eligēdi confessorē ⁊ alia faciendi q̄ alias mādatū exigūt speciale ⁊ licētiam. Et voluntas xp̄i erat ⁊ petri: q non q̄rebāt nisi salutem animarū ꝙ oēs boni q̄les sciebat illos esse q̄ tūc erāt ita possēt absoluere sicut ipse. Nouerat enī paulum: ita bene vsurū sicut se ⁊ similit̄ alios bonos. Ad motiuū Durādi dicendū ꝙ i re sua q̄libet ē moderator ⁊ arbiter: ⁊ d̄ suo quilibꝫ pōt facere qd̄ vult: vñ q: d̄ cōtractibꝰ vl̄ q̄stionibꝰ nō cōpellūtur hoīes litigare corā iudice nisi velint pñt in talibus eligere arbitros vel inter se cōponere ⁊ submittere se cuicūqꝫ iudici. quo facto tenebit sentētia q̄si a suo iudice in subditos lata sicut iudices nullū habentes subditū iudicant volentes se eis subdere.

Si aūt sit aliq̄d d̄ quo teneat̄ q̄s respondere corā certo iudice sicut d̄ delicto: d̄ quo accusatꝰ corā alio iudice remittit̄ ad iudicē loci delicti: de talibꝰ nō possunt actor ⁊ reus in extraneū iudicē cōsentire nisi de licentia iudicis cui in hoc sunt subditi. Et ꝓpter hoc clerici nō pñt renunciare ꝑuilegio fori ⁊ submittere se alieno iudici: nisi d̄ licētia epi cui subiecti sunt. Cū ergo ex ordinatione xp̄i oīs aīa subdita sit petro: de his in quibꝰ ei subdita est: alij se subdere nō pōt nisi de

eius licencia: ex quo autē post passionē domini: homo mortaliter peccauit et post baptismū suū tenetur ad arbitriū petri satisfacere: cui claues celi date sunt. Unde sine licētia petri explicita vel implicita de peccato mortali non licuit alteri confiteri: similiter ligatus maiori vel minori excōmunicatione non potest seipsum soluere: sed a petro debet solui cui cōmissa est auctoritas soluēdi: et in his nō potest se alteri subdere. Sed de peccato veniali potest homo per seipsum sine petro et quocunq; sacerdote soluere seipsum: silr de mortali de quo semel ē absolutus. Unū nisi ordinatio ecclesie sit in cōtrarium potest scđm doctores ql; sacerdos absoluere quēl; sibi volētē cōfiteri de omni veniali et etiā; a mortali de quo est semel absolutus: q: in his nulli est obligatus homini. Ideo ð his potest se submittē cui vult etiā simplici sacerdoti nō curato. nisi q si sunt religiosi sine assensu p̄lati nihil tale debent agere: sed si agāt absolutio tenet: q: cōcurrunt essentialia sacramenti. similr si velit quis cōfiteri alieno sacerdoti cū intentione nihilominꝰ confitēdi propio sacerdoti et satisfaciendi eius arbitrio: tūc posset alius eum absoluere: q: sic nō p̄iudicat iuri eius. maxime q: secūdum Raymūdū: pōt alienus sacerdos absoluere: ponēdo spē in rati habitiōe, proprij sacerdotis. Ex dictis patet q confessio facta alieno sacerdoti nō tenet: quia sententia lata a nō

de veniali

not

suo iudice nulla est: et similiter si a suo de casibus reseruatis: quia in illis est non suus. ¶ De iure ergo diuino est quod quis confiteatur propio sacerdoti non alieno presenti: quia si sit absens non tenetur necessario confiteri layco nec per scriptum quamuis sive licet possit. bene intelligenti eum: quia si sit alterius lingue potest confiteri per interpretem sed non tenetur. non reuelatori confessionis nec ad malum sollicitanti: et de his infra.

Sciendum quod confessio sacramentalis siue de mortalibus: siue de venialibus non debet fieri regulariter nisi propio sacerdoti. quia regula iuris est quod qui condemnare non potest absoluere non potest: et nemo potest ligare nisi sibi subditum. Et ita oportet confessorem habere iurisditionem super confitentem. Unde dicitur de peni. et remi. cap. omnis. quod quilibet confiteatur omnia peccata semel in anno propio sacerdoti. et sicut non potest papa facere quod non sacerdos absoluat in foro penitentiali: sicut nec quod conficiat: quia hoc esset mutare naturam sacramenti. ita non potest facere quod sacerdos non propius absoluat: quia implicat contradictionem quod quis absoluat vel liget non subditum: sicut in naturalibus quod agens agat in passum super quod non habet dominium. potest tamen facere de non propio propium dando iurisditionem non habenti: et de propio non propium auferendo iurisditionem habenti: quia quantum ad claues iurisditionis ipse habet plenitudinem potestatis. Sed nota quod aliquis dicitur propius sacerdos dupliciter. vno modo

stricte & sic dr proprius sacerdos quicunque iure ordinario siue p electionem siue quouis alio modo: habet curã animarum. Alio modo dr large ꝓprius sacerdos quicunqz habet potestatẽ absoluẽdi ordinariã vel delegatã. Qui põt audire cõfessiones pmo mõ põt hoc ipz alteri cõmittere. Nõ aũt q̃ audit scdo modo solũ ex cõmissione. ¶ Ad vidẽduz quis sit ꝓprius sacerdos in speciali. sciendũ q papa qui nullũ habet superiorez: habet ꝓpriũ sacerdotem quẽ duxerit eligendũ: qui auctoritate xp̃i potest eũ absoluere & ligare in foro penitentiali: q2 cũ possit ligari vinculo peccati sicut & alij indiget remedio. Et xp̃s nõ reliq̃t euz sine remedio: non põt tñ ligari in foro exteriori sicut nec põt excõmunicari. Et si excommunicatus eligatur in papã ante q̃ consentiat habet supiorem a quo põt absolui: si vero prius assentiat: postea non põt absolui nec indiget: quia nulli legi positiue subest. Nec talẽ electionem impedit excommunicatio. Nec lex positiua ꝓhibẽs excõmũicatũ a pceptiõe sacramẽtorz: q2 et si papa possit statuere q excõmunicat⁹ nõ sit eligibilis in papã: sic statuit q debet hr̃e duas partes & q electores ei⁹ includant. de electio. capi. vbi piculũ. li. vj. Et de impatore q non potest eligi periur⁹ et excõmunicatus: non tamen hoc statuit.

Qui sunt de familia pape habent summum penitẽtiariũ cum papa ꝓ proprio sacerdo-

te: quia nulli alij subsunt. Capellani autem eius per mundū dispersi: non sunt ꝑpter hoc ab alijs exempti. Cardinales si sūt episcopi vel legati eligere possunt confessorem quem velint. Simplices autem cardinales etiā si sint presbyteri: cum non sint prelati sed coadiutores summi prelati: nō possunt eligere confessorē sine licētia pape vel summi penitenciarij: eorum vero cōmensalis familia de licentia ipsorum potest sibi eligere confessorem. Et tā horū q̄z omnium mansionariorum in curia. Papa est q̄si episcopus ꝓprius ꝛ summus penitētiarius q̄si curatus. Patriarche ꝛ alij ꝓlati hn̄t ꝑ ꝓprio sacerdote suos imediate superiores. Ut ep̄s archiepm̄. ille primatē. ille patriarchā. ille vero papam nisi sint exempti. Et nihilominus om̄es isti pn̄t eligere confessorē qui pōt eos absoluere ab omni peccō ꝛ vinculo excōmunicationis a quo pōt ep̄s absoluere inferiorem. ꝛ cōmutare vota: relaxare iuramenta ꝛ dispensare ī oib⁹ in q̄b⁹ ipsi pn̄t cū īferiorib⁹. De peni. ꝛ remi. ca. vlti. nec ꝑdit hoc priuilegiū ꝑ hoc q̄ ē ī curia pape. Sz si d̄sinat eē ep̄s: vt q: cedit loco ꝛ dignitati d̄ licētia pape amittit ꝑuilegiū: q: non h̄et iaz ep̄i dignitatem: licet habeat veritatē. Si vero loco cedit non dignitati habet sicut prius. Aliqui tamen dicūt q̄ ep̄s excōmunicatus non pōt absolui ab excōmunicatione a confessore per ipsum electo: q: nō h̄et potestatē nisi ex electione

epī:q̄ tūc nulla est:sed dic ꝙ iste cōfessor non ha-
bet auctoritatē ab eligēte: ſꝫ a iure cōmittēte: si-
cut q̄ eligit ab eo q̄ ꝑ bullā pōt eligere cōfessorē
habet auctoritatē non ab ipsis eligentibus: sed
a concedente bullā. Et possibile est ꝙ q̄n elegit
eum in confessorē neuter erat ligatus aliquo vin
culo:ꝛ dato ꝙ tempore electionis ambo essent li
gati maiori excomunicatione: adhuc pōt ab eo
absolui: dum mō q̄n absoluit nō sit ligatus ma-
iori.ꝛ generaliter oēs prelati exēpti vt sunt prio
res mendicātium ꝛ guardiani habēt idem priui
legium. abbatissa vero etiā si sit exempta ꝛ iura
epalia exerceat ponendo officialem nō pōt elige
re cōfessorē q: nō est prelata cuꝫ non habeat cla-
ues iurisditiōis: ꝛ si eius officialis excomūicat:
quod nō pōt ipsa per se non est ipsius auctorita-
te sed pape:similr quicunqꝫ preest quibuscunqꝫ
ex cōmissione alterius ꝛ est delegatus nō pōt di
ci prelatus vt supprior in religiōe ꝛ prior nō cō-
uētualis:aut prior cōuentualis sub abbate non
per electiōeꝫ sed ab ipso abbate de cōsilio senio-
rū institut⁹:nisi quādo mortuo vel amoto abba
te vel priore ipsi fiunt quasi ordinarij: quia tunc
actio subrogata habet priuilegium eius in cui⁹
loco subrogatur.curatorum vero propius sacer
dos est episcopus:ꝛ aliorū inferiorum prelatoꝝ
non exēptorum ꝛ ceterorū simpliciū clericorum.
¶ Imperator ꝛ alij principes habent pro pro-

pio sacerdote epm ciuitatis i qua est sedes regni vbi solet inungi ꝛ coronari. Dñi inferiores si habent sub se plures ciuitates: a sede principali ducatus vel comitatus domicilium sortiunt: ꝛ si vna nõ est alia principalior ab vtroqꝫ epo debet licentiã petere. Et q̃ habet dñium in diuersis diocesibus petet licentiã ab epo in cuius diocesi habet dominiũ principalius: vel ab vtroqꝫ si eq̃le habet vtrobiqꝫ: oẽs alij layci curatis subsunt in quorũ pochijs degũt. Et dñs eugeni⁹. iiij. cõcessit. ꝙ qñ q̃s se reperit tẽpore pasce in aliena diocesi: intelligatur adeptum ibi incolatum vt possit ibi cõfiteri ꝛ comunicare: quãtuncũqꝫ puo tẽpore ibi steterit. ꝛ contra predicta nemo valet alteri cõfiteri. q: vt dr. de peni. ꝛ remi. capitu. ij. lib. vj. Nulla cõsuetudine introduci põt: vt sine propij sacerdotis licentia quis possit eligere confessorẽ: nisi dissimulatio pape sit tanta ꝙ videatur licentiatio. ¶ Nota ꝙ quilibet homo habet plures propios sacerdotes q̃bus põt cõfiteri. Primo habet papã: Scdo habet sumũ penitentiariũ. Tertio habꝫ episcopũ sue diocesis. Quarto habet archiepiscopũ sue prouincie qñ actu visitat prouinciam ꝛ non alias. quia subditi suffraganeorũ nõ sunt imediate subditi archiepiscopo nisi quãdo visitat. vel ratione notorietatis delicti etiãsi tũc nõ actu visitat. ca. romãa. de cẽ. li. vj. Quinto habet vicarium epi qui dicit prouisor:

Sexto habet curatum sue perochie. Septimo habet legatum in terminis sue legationis si hoc habet in mādatis. Octauo vicarium sui curati. Nono frēs q̄ttuor deputatos a ,puītiali in q̄uo libet monasterio mendicātiū. Decimo religiosos presentatos ep̄is ⁊ generaliter quecūq̄ȝ habentē facultatē audiēdi confessiones a superiori siue p bulam siue alio modo. Oēs predicti pn̄t dici ,ppꝛij sacerdotes ordīarie vel ex cōmissione.

Notandū q in his casibus pōt quis confiteri alieno sacerdoti sine licentia propij. Primo ,pter quācūq̄ȝ iustā causam non confitendi ,pprio sacerdoti ex culpa sua: vt q̄ȝ est sollicitator ad malum vel reuelator confessionis. seu q̄ȝ timet aliud graue dānum ⁊ de his hēt ,pbabilem certitudinem: vt q̄ȝ est expertus vel a fide dignis audiuit vel habet vehemētia indicia q hec facit. Et idem qn̄ est notabiliter indiscret⁹. Petet tn̄ licentiā ab eo vel a superiori si cōmode pōt facere: q̄ȝ culpa vni⁹ non debet alteri nocere ⁊ sicut mortuo seu excōmunicato curato: non licet eo ip̄o ad aliū ire: ȝ oportet ad ep̄ȝ recurrere: ita ⁊ hic: s̄ȝ si sup̄ior cōmode nō pōt adiri: vl̄ si pōt ē eque defectuosus: vel probabilit̄ credit̄ q super hoc non ,puidebit sufficiēter ⁊ sicut oportet: tn̄ q̄ȝ ad papaȝ non est facilis recursus: eo ip̄o licet ad extraneuȝ ire. Igit̄ qn̄ ois ,pprius sacerdos quē adire pōt ,p tunc: ē indiscret⁹ ⁊ indignus audire 1. 2

ꝓpter ꝑdicta.petita licētia ab eo licet non obtē⸗
ta licet ad aliū ire. Ꝙ: et si non possit audire:pōt
2 tñ ⁊ debet committere. Scđo qñ mutat domici
liū:q: tūc desinit esse *parrochian⁹ primi: ⁊ icipit*
esse parrochianus illi⁹ ad cui⁹ parrochiaȝ se trāſ
fert. Et q̄ habet duplex maneriū vnum hiemale
⁊ aliud estiuale in diuersis perochijs: in vtraqȝ
sortitur foꝝ non simul sed successiue scđm ꝙ ha⸗
bitat hic ⁊ ibi ⁊ sacramēta recipiet hic qñ hic ha
3 bitat:alias alibi. Tertio si est vagabundus non
habens certū domicilium pōt confiteri cui vult.
Peregrini aūt si sine licētia curati vel episcopi
pꝛofecti sunt:olim nichil priuilegii sup hoc habe
bant. Sed iā indultū est ꝙ quando tpe pasce q̄s
se reperit extra ꝓpriā perochiā sortiat̄ ibi domi
ciliū quo ad recipiēda sacra etiam si puo tpe ibi
mãeat:si aūt d̄ licētia eoꝝ iter arripuerūt: eo ipō
hñt interpꝛetatiuā licētiā ↄfitēdi cū sine ↄfessio⸗
ne digne peregrinari nequeāt ⁊ silr̄ cōmunicādi
⁊ d̄ casu ep̄ali absolui q:ep̄s licētiādo pegrinos
scđꝫ doctores:nō retinendo sibi auctoꝛitatem ex
hoc ipō vr̄ eis dare licētiā ↄfitēdi de casib⁹ ep̄ali
b⁹:sicut curat⁹ d̄ prochialib⁹ ⁊ idē dic de religio
sis cum licentia iter agētibus: qui ex incuria nō
petierunt licentiam confitendi cui velint in via:
dum tñ maliciose id non omittāt:qui aūt habent
certum domiciliū:sed ad illud nō declināt nisi ad
horā vt sūt mercatores ⁊ familia dñoꝝ ⁊ familia

laica epoꝝ q꞉ nō sic habēt ius in ea sicut cardina lis nisi esset sup hoc cōsuetudo diu ꝛ apō plures obtenta vagabūdi reputant. Quarto rōne de licti cui ē ānera excomunicatio. sicut qui furat⁹ est in aliena diocesi in qua lata est sentētia contra tale quid furantes absolui non pūt nisi a ferente sententiā. Propter alia aūt delicta interiora seu exteriora nō videt ꝙ quis sortiatur foꝝ pñiale in aliena perochia seu diocesi: quāuis petrus de palu. videatur sic opinari. Quinto rōne necessi tatis. q꞉ in articulo mortis oīs sacerdos ab eccle sia non precissus fit propius sacerdos auctorita te iuris. de off. ordi. cap. pastoralis. Et pōt ab oī culpa et a censura absoluere: sicut posset papa. Ita tñ ꝙ si cōualescat p̄sentet se illi a quo erat ꝺ iure absoluendus ꝛ ei⁹ pareat mandatis. Dico aūt nō p̄cissus: q꞉ melius est nō cōfiteri: ꝙ hereti co cōfiteri: qñ timet ꝺ puersiōe. sicut sanctius ē mori sine cōmuniōe ꝙ ꝺ manu heretici cōmūica re: sicut ꝺ beato Hermigildo rege Hispāie nar rat Grego. Et habet in decretis. xxiiij. q. i. cap. cepit. ꝙ martirizatus est a leonigildo parente sa bato pasce: eo ꝙ ꝺ manu epi Arriani hispalitnō luit comunicare. Ubi aduerte ꝙ iste beat⁹ mar tyr in iure appellatur rex quanuis viueret pater rex ꝛ actu nullā ipse exerceret iurisditionez. Ex quo trahitur ꝙ princeps ꝛ legitim⁹ futurus suc cessor: potest appellari rex vel dux: et alio quo

cuiꝗ titulo cui succedet. Sexto propter rati habitionem propꝛij sacerdotis scḋm aliquos docto res. Sꝫ qꝛ de essentia absolutionis est potestas iurisditionis ꝛ ꝙ absoluendus sit subditus absol uētis. Non videtur ꝙ alienus sacerdos ponens spem in propio sacerdote possit absoluere: qꝛ nul la rati habitio cōfirmat sacramentū quod nullꝰ fuit. Sicut si non eps ordinaret: ratihabitio pa pe: non posset facere ꝙ talis ordinatio teneret. Et regula iuris est. ꝙ ratihabitio retro trahitur et mandato cōparatur: quā res a principio solo manda to agi pōt. nō alias. Unī i nō sacramētis ratiha bitio pape valet: qꝛ ipse solēnitatem mutare pōt: sicut eclesia per non epum dedicata sola rati ha bitione pape dedicata reputatur. de conse. eccle. capi. aqua. Qñ vero essentia sacramenti deficit: non habet hoc locum ꝛ totum est iterādꝰ: potest tū dici ꝙ duplex est ratihabitio. vna de presenti. Puta qñ quis habet probabilitatē ꝙ si propiꝰ sacerdos tunc adesset: gauderet ꝙ tali confiteret ꝛ daret licentiā: qꝛ alias hoc est expertus. Et po nendo spem in tali rati habitione absolui potest. Et in veritate tūc non deest iurisditio ꝛ ex tali ra ti habitione que valet licentie implicite absoluē dus sit subditus absoluentis pro tunc. Alia est rati habitio: de futuro vel de preterito. Puta qꝛ credit ꝙ si prelatus tunc adesset ꝛ licētia ad hoc peteretur: non daret. post factum tamen dissimu

laret & diceret transeat. Et cũ per talem rati habitionẽ non fiat subditus absoluẽtis, p tpe quo absoluitur. nõ est sacramentum. Clerici perrochiales suis prelatis tenẽtur cõfiteri vel de eorum licentia & non aliter. Sepe tamen in sinodis episcopi concedunt vt omnes clerici adinuicem confiteantur. Sicut ecclesia cathedralis est ecclesia communis omnibus de diocesi: ita & adhuc fortius roma: vbi est sedes pape est patria communis: vnde omnis homo mũdi ibi potest confiteri summo penitẽtiario sicut propio curato: & penitẽtiarijs simplicibus sicut vicarijs sui curati. clerici adinuicẽ cõfiteri

Nota ꝙ quando potestas iurisditionis est vna apud plures & non apud quẽlibet in solidum: non potest quilibet per se illam committere: sine consensu aliorum. Sed quod omnes tãgit ab omnibus debet aprobari. Sicut sede vacante totum capitulum de consensu maioris partis potest ponere officialem: & nullus de capitulo: hoc põt etiã decan⁹. Nũ vero potestas iurisditionis perfecte & insolidũ residet apud quem libet: ita ꝙ vn⁹ sine alio potest per se ipm de causa cognoscere: tũc põt vnus sine alio cui vult cõmittere: etiã minor sine maiori & multo magis ecõuerso. Nõ ois sacerdos q̃ iure ordinario põt audire cõfessiones: põt hoc ip̃s alteri cõmittere: qui aũt audit solũ ex cõmissiõe nõ põt audiẽtiã alteri subdelegare nisi habeat spãlr i mãdatis ꝙ possit sub

delegare: vel nisi super hoc sit consuetudo diu ob tenta que dat iurisditionem sciente ꝛ tolerante su periore. ¶Unũ clerici vel capellani mercenarij con ducti ad officianda bñficia curata. ad certum tẽ pus quãuis non audiant confessiones iure ordi nario pñt committere audientiam: quãdo super hoc est cõsuetudo mõ supradicto.

cõsuetudo dat

Nullus prelatus debet dare licentiam sub dito vt confiteatur ad libitum cui velit nisi sit talis ꝙ constet non electurum nisi bonũ ꝛ dis cretum confessorem: alias sibi imputaȓ q̃ permis sit ouem errare libere: si precipiciũ elegerit. Et idẽ si cõcessit qñ petit idiscretũ vel minꝰ bonum vel si talem ipse vicarium instituit. Si ergo sub ditus petit licentiã alteri confitẽdi indetermina te nõ det: nisi sit verisimile ꝙ non eliget nisi eque bonũ vel meliorem. Si aũt nominet sibi aliquẽ de quo verisimile ẽ ꝙ sit eq̃ bonꝰ nõ neget: q: for te habet peccatũ quod erubescit cõfiteri ꝛ prius moreretur sine cõfessiõe: si aũt apparet ꝙ non sit eq̃ bonus vel per famã: aut per conuersationem personarum sibi confitentium: q̃ minus religio se conuersantur. Tunc simpliciter neget inotes cẽdo ꝙ ille est ineptus ꝛ ꝙ paratꝰ est ipse audire vel dare alium idoneum. Et si ille petitus habet potestatẽ superioris non est simplr̃ prohibẽduʒ: q: index malus ordinarius vel delegatꝰ non per dit iurisditioneʒ: sed dicat petenti: nõ expedit tibi

ꝙ vadas ad illum nec ibis de voluntate mea ⁊ hoc mō soluitur illud dictum. Nō pōt eē pastoris excusatio: si lupus oues comedit ⁊ pastor nescit. Verū est qn̄ pastor scire debet ⁊ pōt. Et quāuis homo debeat reputare alios meliores se simpliciter: non tn̄ quo ad oīa puta quantum ad officiū hoc vel illud. Et suspitiones habere licet nō ad iudicandum proximū: sed ad cauendū nobis sicut si video pauperē: non iudicabo furem: tn̄ ne forte sit fur custodiam rē meā ab ipso. sic ī proposito. Tamē nisi contrariū appareat plus debet q̄s presumere de his quos papa vel eps̄ per totam diocesim preficit: q̄ de se q̄ ad vnam paruā perochiam deputatur. Et nota ꝙ scd̄m beatum Tho. in. iiij. disticio. xvij. q. iij. arti iij. q. iiij. ad. v. Prelatus debet eē facilis ad licenciandū subditum aliquotiēs alteri confitendi: quia multi sunt adeo infirmi ꝙ potius morerētur sine cōfessiōe: q̄ ei confiteri: et qui nimis soliciti sunt scire conscientias subditorū per ꝯfessionē: multis laqueū dānationis initiunt: ⁊ per consequens sibi ipsis. Et tenetur curatus dare eucharistiā ⁊ alia sacramenta dicenti se cōfessum ei q̄ potuit eum absoluere si sit persona fide digna nec est notorius peccator: nec est excommunicatus: in his casibus curatus non tenetur credere subdito dicenti se confessum: vt declaratū est in extrauaganti benedicti inter cūctas. Et dicere ꝙ de licētia pape vel alio

Facilis sit p̄latus in licen- do su[bdi]tū

ruz superiorum nō licet subditis cōfiteri religio-
sis ꝛ alijs inuitis inferioribus esset hereticus: ex
quo per ecclesiam iā est declaratū sicut de notio-
nibus diuinis. ¶ Nō eq̄ vel tutius pōt cōmunica
re cōfessum sine sua licentia habenti licentiam a
superiori: sicut cōfessum sibi vel suo vicario: quia
magis presumitur de idoneitate ei⁹ quez supior
preficit: q̄ quez inferior. vñ. ℒ ex iulia. ambitus.
cessat in vrbe: in qua oēs prebendas vacātes con
fert Petr⁹: q̄ pecuniā simōis abiecit: sed Giezi
non petijt: quod magister repulit. Et sicut si cō
fitendo dicat subditus dn̄e non habeo q̄ ego sci-
am mortalia: nec placet mihi de venialibus cōfi
teri peto eucharistiā: pōt ꝛ tenet cū tuta consciē-
tia dare eucharistiam. Ita similiter qn̄ dicit dn̄e
nō habeo mortale de quo nō sim cōfessus potē-
ti absoluere. Et si dicatur q̄ licētia data a supio-
ri non pōt subdit⁹ vti sine assensu inferioris.

Contra hoc est qd̄ dicit. de priuile. cap. in
his q̄. vbi papa arguit interp̄tantes q̄ fra-
tres nō possent vti priuilegio concesso a papa de
celebrando vbicūq3 sine assensu prelatoruz: tunc
enī indulgentia pape nihil eis valeret cum sine
ea solo assensu prelatorum id possent. Ideo vt ali
quid eis valeat indulgētia declarat papa q̄ sine
prelator licentia id pōssint fratres vt ex dicta in-
dulgentia aliq3 grāz videantur cōsequi. Ita in p
posito: sed contra: q2 in cap. pastoralis de priuile.

Dicit quod religiosi quibus est a papa concessum ecclesias suas cōuertere in alios vsus decedentibus psonis earum: nisi plus exprimatur: nō pñt intrare possessionē inconsulto epō: qꝛ per talē indulgentiam non vult papa iuri episcopali derogare. Similiter in ppposito p concessionē factam a supiori audiendi cōfessiones nō est derogatū inferiori imo eo incōsulto nō dēt su⁊ subdit⁊ audiri. Dicēdū quod nō ē silē nā ibi indulgētia pape hēt effectū quo ad ppprietatem. Licet nō debeat accipi possessio sine epi assensu. Per idē pꝫ ad id qd habet. de iudeis cap. quod sit laudabile. vbi papa cōcedit epō eūti ad pdicādū pagāis quod qcūqꝫ clerici vel religiosi si sibi adherere voluerit possint cū eo pdicare. reqsita ⁊ habita suoꝝ prelatorum licētia. Sine auctoritate enī pape licētia platoꝝ non sufficiebat ad predicādū paganis extra eoꝝ diocesim: sed reqrit autoritas pape cuius diocesis ē tota terra. Pōt etiā dici quod licentia pdicādi data a papa iferiori: nō eximit eū a suo supiori: sine cui⁊ licētia nō debet pegrinari. Et ē bonū argumētū quod religiosus nō debꝫ audire cōfessiones nec pdicare sine licentia plati: quātūcūqꝫ habeat potestatem a papa eligēdi cōfessorem: si tñ audiat teñbit absolutio: quāuis ipe religiosus grauit peccet si audiat sine assensu plati explicito vł iplicito. qꝛ sine eo nō hēt religiosus velle nec nolle. Patet hoc p silē de electiōe. ca. si religiosus.

vbi dr̃ q electiõi d̃ se facte nõ põt nec dz assentire sine p̃lati licẽtia: ⁊ nota q qñ religiosus sub generalitate incerta accipit auctoritatẽ a papa req̃ritur assensus prelati q: cũ papa merita nõ cognoscat coerigit assensum p̃latorũ. Sed qñ papa nominati eligit religiosũ ad aliqd̃ officiũ p̃sumit nosse idustriaz persone vñ nõ req̃rit̃ alia licentia.

.10. Sciendũ q qui audit cõfessiões nõ iure suo sed ex cõmissione pdit potestatẽ suam delegãte mortuo vel amoto: nisi in confessione iam inchoata in q̃ audit et tũc quasi iure suo: sicut etiã pdit potestatem illo reuocãte q: soluitur iudiciũ vetante eo: qui iudicare iussit. Et morte mandatoris expirat mandatum: non aũt expirat ptãs delegati delegãte suspenso vel excõicato: q: tunc retinet delegãs iurisditionẽ licet nõ vsum. Ad hoc aũt q delegatus vtatur sua potestate requiritur q d̃legans ĩ delegãdo habeat iurisditionẽ ⁊ vsuz ei⁹. q: delegare est vsus iurisditiõis: sz postq̃ delegauit non requiritur vsus quia tũc nihil facit.

.11. Sciendum q in. clemẽ. dudũ. de sepul. sic dicitur. Statuim⁹ qd̃ in singulis diocesibus vbi loca fratrũ predicatorum ⁊ minorum fuerit. Gñales seu prouinciales vel eoz vicarij dictoz ordinũ ad episcopos locorũ se cõferant p se vel p fratres idoneos: humilr̃ petituri vt fratres ab eis electi audiãt confessiones suorum subditorum: numerus aũt assumẽdorũ ad tã salubre officium:

erit ꝓut diuersitas cleri ꝛ populi multitudo exigit. Studeāt tñ predicti prelati fratrum eligere ad tam salubre ministeriū personas discretas vita et sciētia ꝓbatas ac modestas. ¶Quā licētiā si prelati concesserint recipiant cū grarū actione. ¶Quā si negauerit nos et nūc eis cōcedimus vt cōfessiones sibi confiteri volentiū libere audire valeant tāta auctoritate ꝛ nō ampliori: quāta curatis a iure est cōcessa: nisi prelati ecclesiarū vberiorē gratiam duxerint faciendā. Sup quo dicūt doctores. ꝙ priores conuētuales vel guardiani hoc nō pñt petere. Et si aspere petat̄ non vī̄ satis factum: ideo iterū est petēda propter omissionē forme. Si p̄lati non recusant expresse: sed nec dāt nec negāt. post trinā requisitionē locū habet hoc priuilegium. per capit. j. de suple. neg. prela. Similr̄ si recusassent aliquos admittere iusta ō causa puta q: nō sunt apti ꝛ tales quales supra describunt̄ tenet recusatio: ꝛ sibi imputet q̄ malu͛ elegit: sed si sine causa hoc facit: succedit licentia pape. Si tñ vellet eṗs. posset acceptare fratres ad audiendas confessiones comittendo eis suā iurisditionem sine predicta solēnitate presentationis. ¶Habēt etiā dicti fratres priuilegiu͛ ꝙ eṗo mortuo a quo habēt auctoritatē: pñt illa vti quousq͛ sit prouisum ecclesie de pastore.

Quia a casib⁹ episcopis reseruatis nec curati nec dicti fratres possunt absoluere: ni .12.

si quãtum fuerit eis a diocessanis concessuz. Notandum q casus reseruati episcopis vt habet in extrauagã. inter cũctas. q est bendicti. xj. sunt. iiij. de iure. quoz prior est. Peccatum clerici: ppter quod incurrisset irregularitatẽ. Secũdus de incẽdiarijs quoz cũqz locoz si dolo & malo aio fiat. xxiij. q. vj. pessimã. Terti⁹ peccatũ ppter qd idicẽda estz solẽnis penitẽtia. Quart⁹ excõmunicat⁹ maiori excõmunicatiõe. De aprobata aũt cõsuetudine sunt alij qnqz casus epis reseruati. s. pctũ homicidij volũtarij. Peccatũ falsarioruz. Peccatũ violãtiũ ecclesiasticã libertatẽ. Peccatũ violãtiũ ecclesie imunitatẽ. Peccatũ sortilegorũ. Diuinatoz & incãtatorũ. Et preter hos põt eps in sua diocesi alios sibi reseruare prout sibi videbit expedire. Joã. and. addit predictis: oppressionẽ puerorũ. incestũ. corruptionẽ monialium. coitũ cũ brutis: matrimoniũ clãdestine contractũ: periurium: falsum testimonium: blasphemiaz dei & sctõz. Hostiẽsis vero addit oĩe peccatũ contra naturã. Et quolibet enorme qd particularis vel generalis cõsuetudo reseruat epis. Tot casus reseruare nõ ẽ aliud q̃ ponere laqos in via salutis & sacerdotuz potestatẽ restrigere q̃ eis a xpo plenarie est concessa. Possunt igit curati in foro penitentiali oĩa q̃ in iure non sunt spetialiter reseruata epis nec de consuetudine. Uerum est q vbicũqz occurerit aliquod graue deli

etsi e enorme: superioris iuditium est requirendum. Sicut etiam epi aliqui remittunt pctores ad sedem aplicam ppter enormitatē criminum e ad terrorē aliorum quamuis ab eo possint absoluere: quia nullum peccatum adeo est enorme a quo episcopus non possit subditum absoluere: dum tamen nullā habeat anexā sententiā excomunicationis.

Secundum ioā. de lig. fratres presentati pro audientia confessionum possunt absoluere ab omnibus exceptis his precise que de iure episcopis reseruantur. Pro quo facit predicta clemen. dudum. que solum excipit casus de iure reseruatos. Unde possent absoluere a casibus reseruatis epis de cōsuetudine: vel ex suo bene placito vel per cōstitutiones suas sinodales vel prouintiales: etiam si episcopi dictos casus non concedant: qz papa vnum negādo: aliud tacēdo concessit. dis. xxv. cap. qlis. Nec possunt epi dictam cōcessionem reuocare indirete per retentionem multorum casuum: qz fieret in fraudē legis quod fieri nō licet. De cōces. cap. constitutus. Sileat ergo ioan. mon. q tenet q si pōt eps artare ptātem ordinariam curatoz. Pōt multo magis artare potestatē extra ordinariā fratrū. Qz qd p superiorem est concessum: p inferiorem artari vel reuocari non potest. distin. xxj. cap. inferior. Tutior tamen via est q fratres sciāt ab epo quos casus sibi vult reseruari et de illis non se intromittāt.

Et intelligitur reseruatio dictorum casuũ: de a/
ctibus exterioribꝰ cũ effectu. nã si quis quesiuit
alium occidere. istud homicidium nõ est reserua
tum epo. Similiter scd̃m palu. in. iiij. dis. xxxiij.
q. ij. Incestus cõmissus a pueris non habentibꝰ
vsum rationis nõ est reseruatus epis: qꝛ per hoc
non tollit̃ virginitas nec causat̃ affinitas.

Sciendum ꝙ absoluens a casu aquo nõ po/
test grauiter peccat: si scienter vel ex igno/
19 rãtia crassa facit: non tñ incurrit aliquã censuram
sed tenet̃ illum quez sic absoluit auisare de erro/
re si cognoscit illum vel põt inuenire. Excusatur
tñ ille quo ad deũ dũ hoc ignorat. In cõcilio ba
siliẽsi. Quidã multuz piti habita super hoc col
latione: dixerunt ꝙ qñ qs absoluit a casu a quo
non potuit si fieri põt sine scandalo notabili vo/
cet illum quẽ absoluerat: ꝛ per aliquẽ cooptum
modum interroget de aliquibus q̃ sibi est cõfes/
sus: q̃si volens se meliꝰ informari ac si plene non
intellexisset: ꝛ si q̃ alia peccata commisit: ꝛ sic ab
omnibus iterũ absoluat. Petita prius a superi/
ori auctoritate ab illo casu absoluendi. Uel si
absenti absol credit illum perseuerasse ab vltima confessione in
gratia absoluat absentem. Si vero timet notabi
le scandalum ex hoc oriri: committat xp̃o sumo
sacerdoti: presertim qñ multitudo est sic neglec/
ta vel multum distat a loco vbi est confessor. Et si
religiosus absoluat a sententia excõmunicatiõis

suspensionis vel interdicti in iure posita: incidit in excõmunicationez a q̃ non põt absolui citra se dẽ aplicam. Nõ aũt si absoluat a sententia hoīs. In clemẽ. religiosi. de priuileg. seculares autem clerici absoluendo a sentẽtia iuris male faciunt: non tñ aliquam censurã incurrunt.

Nõ tandũ ꝙ qñ superioꝛ dat vicariũ generalẽ ⁊ in mãdato aliquid expressit de his q̃ requirũt speciale mãdatum secuta generali clausula. Et oĩa alia q̃ per nos possum⁹ etiã si mãdatũ exigant speciale: quãtũ est de virtute verboꝛũ ⁊ in foꝛo cõtentioso talis põt oĩa specialia. Sed in foꝛo cõscientie qñ constat de intẽtione cõferentis autoꝛitatẽ: ꝙ intendit hoc etiam si non expꝛimat aliquid in speciali: quibuscũq; verbis vtatur generalibus seu specialib⁹: in generali concessione intelligunt̄ spetialia. xxij. q. v. cap. humane. Unde qñ eps̄ dicit do tibi auctoꝛitatem meam in confessione. Per hoc nõ intelligit̄ concessisse casus suos nisi cõstaret ꝙ sic intendebat: sed dicendo istum ⁊ illũ ⁊ oẽs alios casus meos: tũc intelligitur totũ dedisse. Et nota ꝙ cũ sacramẽtalis absolutio pꝛeexigat cõfessionẽ: cõfessio autez impoꝛtat reuelationẽ q̃ non põt esse sine relatione confitentis ⁊ perceptione confessoꝛis quando alterum deest non fit legitima confessio nec põt impẽdi absolutio. Ideo qñ confessoꝛ non intelligit penitentem aut ex imperitia lingue siue ex

dormitione vel ex distractione mētis ad alia applicate vel ex alia causa. Tenetur illi dicere ꝙ iteret confessionem: qđ si nō facit ꝛ confessus hoc non ꝑpendit absolutus est corā deo: nec tenetur iterare quousq; sciat illum non intellexisse. et hec vera sunt de mortalib⁹ q̄ sunt de necessitate confitenda: non autem de venialibus maxime quādo confessor alias cognoscit personam.

attē qtō

¶ Que scientia requiritur in confessione.

.16. Sciendum ꝙ clauis ordinis duplex est. s. clauis scientie ꝛ clauis potentie. Vñ dñs dixit Petro tibi dabo claues regni. Clauis potētie est facultas ligandi ꝛ soluendi in foro cōscientie diffiniendo ꝛ determinādo causaȝ iudicialiṫ. Clauis scientie est auctoritas discernēdi ꝛ examinandi ac cognoscendi audita in cōfessione. Que due claues in essentia vna sunt: et propter duos effectus ad quos principaliter se extendunt. s. ad cognoscenda seu examinanda peccata ꝛ ad sententiandum super ipsis. Due dicuntur. Scientia acquisita non est clauis licet iuuet vti claue. ¶ Ubi nota ꝙ triplex est clauis. s. clauis auctoritatis. Clauis excelentie: et clauis ministerij. Quia cū clauis regni celorū sit potestas aperiē di celū. Deus trinitas qui solus pōt principaliter peccata remittere: quibus celum claudiṫ. Et dare gratiā qua aperitur. Habet clauē auctori-

tatis. Secundo xp̄s secundum q̄ homo qui me-
rito sue passionis celum aperuit tollens impedi-
mentum nature: quod purus homo tollere non
potuit: habet clauem excellentie. Sed sacerdotes
qui ministerialiter et dispensatiue agunt ad amo-
tionem obstaculi idest peccati: et ad collationem
gratie habent clauem ministerij. Quelibet autē
harum dicitur clauis regni celorum et non inferni
quia finaliter sunt ad aperiendum celum: quāuis
via nature per prius sint ad claudendum infernū:
quia a fine denominat̄ res et a digniori: sicut Au
gustinus librum suum: de ciuitate dei vocauit: quā
uis agat de ciuitate diaboli tanquā a digniori.

Notandum q̄ triplex dat̄ distinctio clauis. 17.
Prima est q̄ est clauis auctoritatis. Clauis
excellentie: et clauis ministerij. Secunda distinc-
tio est q̄ est clauis ordinis et clauis iurisditionis.
que differunt realiter. Quia quamuis clauis iu
risditionis non sit aliquid reale. Tamen clauis or
dinis est aliquid reale et indelebile. Clauem ordi
nis habet omnis sacerdos siue habeat subditum
siue non. Si autem non habet subditum: tunc est
clauis ordinis sine claue iurisditionis: quia rela-
tiue dicitur dominus ad seruum. Unde non est
potestas iurisditionis nisi sit obedientia subiec-
tionis. Et econuerso. Non sacerdos curatus et o-
fficialis episcopi habent clauem iurisditionis et
non ordinis. Tertia distintio est. clauis ordinis

est duplex. s. clauis sciētie & potentie. Ois sacer/dos habet clauē scientie & potētie: licet multi non habeant scientiā debitā: & ecōtra multi nō sacerdotes habēt scientiā qui nō habēt auctoritatem dis/cernendi & sententiādi quod est clauis sciētie & po/tētie. Scōi quidem sine pctō: sed primi cū pecca/to suo si procurarūt sed si inuicti: excusantur: si pro/posuerūt impedimētum nec sunt auditi. munus enī iudicādi necessarium est in ecclesia & pōt hō cōpelli ad offitium iudicādi & ad prelationē: & tūc nō peccat Et quod dicit Grego. q si indignus est nō debet obedire: & dign9 vir debet obedire. Intelligendū est de illo q̄ habet defectum qui ē iuris vt irregularitas & talis non debet obedire nisi amoueatur ab eo qui pōt: alias tenetur obedire. Alioqui quili/bet bonus qui se reputat indignū refugeret: & sic soli indigni promouerētur. Qui ergo non coact9 sponte accipit potestatem nō habens sufficientem sciētiā peccat. Sed inuitus & coactus qui non acci/pit sed suscipit nō peccat. Ab inscio ergo suscipi potest: sed accipi nō pōt. Nota q vis clauium extē/dit se ad remissionem culpe & pene: & ad infusio/nem gratie vel augmentum instrumentaliter ex o/pere operato. Nā absolutio sacerdotis delet ma/culā aīe: que non est aliud q̄ priuatio gratie: sicut remissio & delectio macule nō est nisi restitutio grē p pn̄iam. Sicut macula lune est priuatio lucis sue: & ei9 illuminatio est ei9 pulchrificatio. Et cuicūqꝫ

remittit deus culpã mortalē: remittit ⁊ penã eternam. Quia ver⁹ amicus nõ vult mortē amici: nec patitur eius absentiam in perpetuum: cũ amicorũ sit conuiuere ⁊ cõuersari adinuicem: sed non oportet ꝙ omne aliud remittat. Vñ deus remittendo culpã: cõmutat penam eternam in tẽporalem. Sicut ergo oĩs actus virtutis dispõit ad virtutem si absit: vel auget si adsit: sic ⁊ absolutio. Nã omne sacramentũ noue legis agit vel auget: quod signat. Ualet etiã absolutio ad remissionē pene tpalis secundũ maiorē ⁊ minorē dolorem confitentis: erubescentiã ⁊ huiusmõi q: actus actiuorũ sunt in patiēte disposito ⁊ tã frequens põt esse cõfessio ꝙ vis clauiũ deleat omnē penã debitã: ⁊ tũc no fiet nisi augmentũ grẽ: sicut qñ per multos actus tempãtie remittit habit⁹ intẽperãtie si pus inerat ⁊ tã dẽ ex toto corrũpit: et tũc aũt illi act⁹ boni: licet nõ possint minuē id quod totaliter est corruptũ: pñt tñ augere habitũ temperãtie. Sic in proposito.

Sciendum ꝙ auditurus confessiones tenetur tantam habere peritiam ⁊ scientiam ꝙ sciat discernere in peccatis cõmunibus: quod est mortale ⁊ quod veniale ex genere. Et ad qd se extendit sua auctoritas: q: alia penitẽtia est imponẽda pro mortali alia ꝑ veniali: ⁊ qui hec nescit audit confessiones in periculum sui ⁊ sibi confitentium. Et plus peccat qui talem instituit: aũt permittit institutum ministrare ⁊ vterque peccat mortaliter.

17. quale scientiam debent hr̃

Scire autē discernere inter perplexitates pecca torū et diffinire in casibus valde intricatis: quod vix sciri pōt adhuc scientia acquisita per magnū et longum studium non est necessarium sed de bñ esse. In quibus confessor sequi debet et consulere viam securiorem. Sufficit ergo secundum beatū Tho. et Albertum cōfessori scire in communi que sunt mortalia ex genere et que venialia dū modo in perplexis casibus sciat talia esse difficilia: et caute in eis procedendū cōsultis doctoribus nec in talibus precipitandā sententiā. Durandus aūt ordinis minorū tenet q confessor tenetur scire vtrū dicta a penitente sint peccata an nō: et vtrum cōtractus quos facit sint liciti an illiciti et quando restituere tenet et quando nō. Et vtrum debeat illum absoluere an non: quia si iudicat licitum quod est illicitum vterq in foueā cadit: nisi eum excuset probabilis ignorantia: puta q habet aliquem doctorem auctenticum et famosum cuius opinioni innititur. Unde si non est expertus in casibus conscientie: ita q nec per se scit iudicare: nec dubitare non vult: cum periculo anime sue audit confessiones.

Quod dictū et si rigorosum videatur: verissimū credo in eo qui voluntarie audit confessiones se ingerens ad hoc et talis secundum doctores quotiens se ingerit ad confessiones: totiens se offert ad respondendum de quolibet etiā de casibus inopinatis et inauditis. In eo autem qui coactus au-

dit ⁊ ex obedientia: sufficit minor scientia. Nec oportet quod ad omnem confessionem audiendam accedat ex mandato superioris: sed sufficit quod a principio ex obedientia ipso non procurante expositus est ad hoc. Et quando se offert aliqua persona: de qua verisimiliter credit quod habeat casus difficiles excusat se ⁊ pandit suā insufficientiā ⁊ cū tremore ex sola charitate accedit. Ex dictis elicio duas regulas. Prima est: si exponendus ex obediētia cert⁹ sit: probabili certitudine se eē idoneū secure audit. Si vero scit se eē ineptum peccat audiendo: maxime si videt exponētē moveri passione amoris vel cupiditatis et huiusmodi. Si aūt hoc nō scit sed dubitat etiā secure audit: q2 regulariter scdōs doctores in dubijs subdit⁹ obedire tenet. Secūda regula est si prelatus videt exponenduz tātā habere grāmaticā vt lecta intelligat. Et vidisse defecerūt aut similē librū ⁊ nō esse sic stolidum: quin dubitet vbi est dubitandū. Nec temerarium nec presumptuosum in suo iudicio ⁊ diligentē videt ⁊ sollicitū in moralib⁹ ⁊ studiosum: secure exponit: alias nō facit ꝓ dictis: quia iudex q̄ quesiuit officiū cum alius diligentior fuisset: tenet de levi culpa. Si aūt officiū nō q̄siuit sꝫ assūpsit a superiori impositū soluz tenet de dolo ⁊ lata culpa. Sicut ⁊ custos rei q̄ se inuitat ad custodiā ei⁹ ⁊ accipit pro custodia mercedē tenetur scdōm doctores de levissima culpa: sic in ꝓposito curati ⁊ alij superiores

prelati q̃se ingesserũt: ⁊ q̃runt curã aiarũ sine du-
bio tenent̃ etiã de leuissima culpa: cũ habeant de
cimas ⁊ oblationes quasi ꝓ stipẽdio laboris ⁊ se
offerant ad custodiam animarum.

19 Non tandũ ꝗregulariter loquẽdo cõfessor nõ
tenet̃ audito quolibet peccato iudicare vtrũ
sit mortale: q: vix reperiretur in toto orbe vnꝰ cõfes-
sor idoneus: sed sufficit si iudicet de cõmunibus ⁊
de his q̃ scire tenetur: de alijs autẽ difficilibꝰ põt
suspẽdere iudiciũ modo oportunũ apponat reme
diũ ne iterentur: si dubitat ea esse mortalia. Sꝫ q̃d
faciet cõfessor si occurrat casus dubiꝰ. Dicẽdũ ꝙ
optimũ est in confessore scire dubitare de ignotis
Quia cautiꝰ incedit: vnde nisi legerit decisionem
casus vel habeat rõnes euidẽtes: nõ diffiniat an-
te ꝙ consulat peritos aut ipsemet rẽ nouiter vide-
at: si tempus patitur: dicẽdo penitenti se velle me
lius rem cribare: ꝙ si tp̃is angustia nõ patitur ⁊
est periculum in mora: absoluat penitentẽ: quãtũ
sua se extẽdit auctoritas: iponẽs ei vt sup re dubia
cõsulat talem aut talem peritum: vel peritos in ge
nere ⁊ pareat eis. ꝙ si nec hoc põt: exigat a penitẽ
te ꝙ sit paratꝰ facere oĩe quod tenet̃ ⁊ cõsulat ei
q̃d tutius est: ⁊ ꝙ q̃rat quãtũ põt scire veritatem:
⁊ in dubio q̃n penitens sic est paratꝰ facere nõ ne
get absolutionẽ. Quia talis est cõtritus: ⁊ nihil ha-
bet absolutioni repugnãs. Quãdo vero cõfessor
probabiliter tenet vnã opinionem: et penitẽs vel

alius dubitat propter rationes vel opiniones cō/trarias doctorum: non est faciliter precipitāda sententia & denegāda absolutio: sed tutior via est cōsulēda & terror icutiēdus ex periculo. ꝙ si penitens ex aliqua ratione probabili adheret dicto alicuiꝰ doctoris notabilis & non vult acquiescere: relinquere pōt confessor onus super conscientiam eius & ipsum absoluere. Et nota ꝙ quādo est dubium an aliquid sit peccatū an non: omnino abstinendū est nisi adsit aliq̄ valde probabilis ratio probans ꝙ nō sit peccatum: quia in his tutior pars est eligenda: ne discrimini se exponat. Si vero dubium non sit principaliter sup peccato: sed vtrū quis teneatur ad aliquid dandum vel faciendum: vel penā subeūdā. Semp eligatur benignior opinio. Unde in caplo fina. de transa. dicitur. In his super quibus ius nō inuenitur expressum. Procedas seruata semper eq̄tate in hūaniorem partem declinādo secūdū ꝙ psonas causas loca & tempora videris postulare: & in dubio regulariter danda est sentētia pro reo nisi in causa matrimonij: dotis: libertatis & testamēti. de regu. iuris. libro. vj. cum sunt. et. odia. e. ff. de leg. l. benignus. Nisi forte esset quid tale quod faciliter potest expediri: vt cū quis absoluitur ad cautelam.

Notandum ꝙ confessor qui se ingerit: si delinquat in confessione ex ignorantia tenetur de omni exacta diligētia. Arg. ff. de pos. l. prima.

benignior opinio seqn̄da

20.

quis se nō ingerit

ff.sepe.vbi dicitur ꝙ qui se obtulit deposito: tene
tur etiam de leuissima culpa: vbi alias non tene-
retur nisi ď dolo ⁊ lata culpa: q̇ aūt se non ingerit.
sed requisit⁹ aut cōpulsus exercet ex charitate fra-
terna nō teneť nisi iquātū scit ⁊ cōmode scire pōt:
cum impossibiliū nō sit obligatio. Presertim q꞉
hic agiť ad merā alterius vtilitatē: sicut in deposi
to. Et quia de culpa lata sepe fit mentio. nota ꝙ
loquēdo iuridice.quintuplex est culpa.s. latissima
latioꝛ.lata.leuis ⁊ leuissima. Lata culpa est deui-
atio in circunspecta ab ea diligētia: quā habēt cō-
muniter homines eiusdē ꝓfessionis. Unde igno-
rare quod cōmuniter sciť est lata culpa. Notāter
dicitur in circūspecta. Ad diferentiam doli qui est
insidiosa machinatio. Uñ si deuiatio esset seriosa
iam ibi esset dolus. Nam dolus: culpa ⁊ negligen
tia differunt. quia dolus est cum voluntate nocen-
di. Culpa cum sciencia sine volūtate nisi per acci-
dēs. Negligētia sine vtroqꝫ. verū est ꝙ lata cul-
pa est dolus pꝛesumpt⁹ ita ꝙ vbi q̇s tenetur de do
lo: venit etiam lata culpa. Et in cōscientia vbi ces-
sat p̄sumptio lata culpa nō habetur ꝓ dolo. Exem
plū late culpe. Si librū cōmodatū dimisisti extra
domum sup̱ bancho: et sublat⁹ est. Lata culpa
est. Q꞉ hoies tue ꝓfessionis hoc nō fecissent scien
tes periculose ibi dimitti. Si tñ esset erroꝛ in eo
quod nō sciūt cōmuniter hoies vni⁹ artis: sed solū
excelentissimi: nō esset lata culpa: sicut si pecuniaꝫ

deposui apud illū qui cōmuniter habebat bone cōditionis τ nō erat. Leuis culpa est deuiatio incōsiderata a diligētia: quā cōmuniter habēt hoīes diligentes illi⁹ professionis. Unde leuis culpa est omittere: qd homo diligens nō omisisset vel facere qd diligēs nō fecisset. Sicut si fenerator nō excussit vestes pignoratas eo tempore quo diligens excusisset. Leuissima culpa est deuiatio incōsiderata a diligentia quā diligentissimi facerent. Unū leuissima culpa est: nō preuidere quod diligentissimus puidisset. Uel omittere qd diligentissimus nō omisisset: sicut si cōmodatari⁹ rē cōmodatā in camera τ i arca locauit: sed nō serrauit claue τ sublata ē. Latissima culpa est ver⁹ τ manifest⁹ dol⁹. Latior est dol⁹ presumpt⁹. Sed stricte τ ppie loquēdo dolus re τ nomine differt a culpa. Nā dol⁹ est a pposito: nō antē culpa. Unde oīs culpa arbitrio boni viri ppie ad latā vl leuē seu leuissimā reduci debet. et nō est assignāda latissima culpa.

Sciendum ꝙ quādo cōfessor videt penitentem nolle subire penitentiā: aut nō explecturum eam. Talem debet sua prudentia moderari penitentiam: quā velit spōte τ sine murmure ferre τ nō aliam propter periculum: τ concedat posse redimi imposita ieiunia nec debet exigere iuramentum: aut promissionem deabstinendo in posterum ab aliquo peccato. Uel de faciēdo aliquo iniuncto: sed absoluat simpliciter: nisi in casibus expressis 24

in iure de quibus stati dicet. Protestetur tamen quod si nō restituat vel faciat debitū suū quod fructuz cō fessionis euacuabit. Cautius tñ esset qñ adest facul tas inducere eum prius ad satisfactionem. Quod si non pōt comode sufficit si satisfacere disponat quam primū poterit. Nunquam tñ pmittat peccatorem des peratū abire. Siue absoluat eū siue nō. Et caue at absoluere incapacē absolutionis quantuncūqz moleste ferat. Dicitur aūt incapax absolutionis: qui non vult abstinere a peccato: vel qui nō vult fa cere id ad qd̄ de necessitate tenetur: vel qui non vult relinquere societatē vel domū vel familiaritatem cū quibus habet dispositionem ppinquā ad reci diuādū in peccatū. Forsaz non essent tot inimicitie nec litigia: nec cōcubinarij tot putruissent in sterco ribus suis: si prudēs confessor vinum misceret o leo et lenitatem charitatis rigore tēperaret. Quia facilitas venie incentiuū prebet delinquēdi. Ideo vtilissimuz est assidue recidiuantibus per aliquot dies differre absolutionem vt interim toto cona mine resistant diabolo et praue consuetudini. Ut igitur quis capax sit absolutionis oportet quod a pec cato recedat animo et loco: maxime in peccatis car nalibus et in peccatis ire mortalis: nec sufficit car naliter affectis proponere separationem volunta tis et consensus. Quia morari cum feminis qui bus carnaliter afficitur et non cadere cum illis sal tē volūtate maius est quam suscitare mortuos. fm ber.

Et qui minus non potest: nec maius poterit. Et similiter non sufficit separatio secundum locum: quando non fit separatio voluntatum in illicitis. Unde vbicunq; quis habeat concubinam tanq̄ suam: censetur perseuerare in mortali et tam absoluens indignum: q3 ipse indign9 qui absoluitur nouum sacrilegij incurrunt crimen. Audienda est nihilominus talium confessio et iniungendum est aliquod bonum: et exhortandi sunt ad veram penitentiam: et consulendum vt frequenter reuelent peccata sua confessori etiam si non sint absoluendi: quia ex illa humilitate: oratione et consilio sacerdotis citius exiet a peccato. Ut patet. in capitulo. q quidā de penitentiis et remissionibus.

Notandum. q in his casibus ante absolutionem exigenda est aliqua promissio: vel satisfactio. Primo antequam excōmunicatus absoluatur exigendum est iuramentum quod parebit mandatis ecclesie. Ut in capitulo. ex tenore. de sen. exco. Non tamen est hoc necessarium. vt ca pi. nuper. patet. Requiritur etiam satisfacio si est excōmunicatus pro notoria offensa. de senten. ex. solet. in mutilantibus requiritur satisfactio. vigesima tertia questione octaua. si quis membrorum. In incendiarijs iniustis et mandantibus et consulentibus similiter. vigesima tertia. questione octaua. pessimā. In manifestis raptoribus et violatoribus ecclesiarum similiter. de rap. in litte

ris. In manifesto vsurario similiter. de vsur. quam
q̄ libro sexto. In sacrilego qui aliquid de loco sa-
cro iniuste tulit: vel personis ecclesiasticis fecit in
iurias similiter. decima septima questione quarta
si quis inuentus. Nisi predicti de restituendo cau
tionem idoneam dederint. quod restitutioni equi
pollet: absoluendi non sunt ante satisfactiones. Est
autem cautio idonea iudicanda: ad arbitrium bo-
ni viri vel ad beneplacitum partis lese.

23 Nota tandē q curatus si habeat subditos mu
tos surdos vel furiosos et huiusmodi debet
eos nutib⁹ et signis et orōnib⁹ suis et populi quā
tum possibile est ad penitentiā inducere: vt ei non
imputetur cum nihil de cōtingentibus omiserit.
Si vero talis casus ex sua negligētia euenit: accu
rati⁹ ei sucurrat. Et si ante q̄ ista contigerēt penitē
tiam petijt: debet q̄dq̄d humanitatis pōt eis im-
pendere. Absoluendo. s. eū generaliter et euchari-
stiā p̄bendo si periculū non timetur.

24 Nota tandē q penitētia hēt tria genera par-
tiū. Primo habet partes quasi potestati-
uas: quarū vna cōtinet aliā et plus sicut in figuris
sicut dicimus animā diuidi in vegetatiuam et sen-
sitiuā rc. Sicut totum potentiale in suas partes.
Et hoc mō vna penitētia est ante baptismū. Alia
est post baptismū de venialibus. Alia post baptis
mū de mortalibus. Prima requirit solum contri
tionē. Secunda contritionē et satisfactionem. Ter

tia cōtritionem: confessionē ꝛ satisfactionē. Secun- do habet ptes subiectiuas ꝛ sic diuiditur in peni- tentiā priuatā: publicā ꝛ solēnem. Tertio habet partes integrales essentiales inquātum est sacra- mētū. Que sunt cōtritio cōfessio absolutio ꝛ satisfa ctio. Sumēdo cōtritionem ꝑ aliquali dolore de peccatis q̄ sit saltē attritio ꝛ prout ad extra per ver ba sensibiliter manifestatur. Nam cōtritio vt est actus interior volūtatis scdm se non potest dici sa- cramenti pars de cuius ratione est ꝙ sit materiale elementum. Hoc est aliq̄d sensibile. Sed vt sic po tius dici debet effectus sacramēti. Aduerte ꝙ pe nitentia est totum integrale nō permanens sed suc cessiuum cuius partes non sunt simul. Unde pre- dictas partes nō oportet esse simul in actu exerci- to quamuis in ꝓposito sint simul. Nec est cōtra hoc ꝙ aliq̄n est tanta contritio ꝙ nō requiritur a- lia satisfactio. Quia sepe effectus sacri hētur ex so lo ꝓposito sacramēti: sicut patet i baptismo flami nis sine baptismo fluminis.

Contritio multiplicit diffinit pmo ab Aug. 25.
Cōtritio ē dolor remittēs pctm̄. supple dis- positiue nō effectiue nisi forte veniale d quo videt ꝙ effectiue sit ei⁹ remissio ab hoīe. Cū nihil ad ei⁹ remissionē requiratur qd nō subsit hoi. Or nec no ue grē infusio: nec augmentū sed solū displicentia voluntatis ꝛ solutio pene debite ex grā quam hō iam hēt: vt sicut hō efficit suū meritum sic ꝛ remis-

sionē pctī venialis. Secunda est Grego. Contritio est humilitas spiritus: ānichilans peccatum inter spem & timorē: ne sit presumptio aut desperatio. Et annichilat quo ad culpā & tanta potest esse ꝙ etiā quo ad penā & iter vtramqȝ medicina. Tertia est Isido. Cōtritio est humilitas mētis & cōpunctio cum lachrymis veniens de recordatione peccati et timore iudicij. Quarta est magistralis. Cōtritio est dolor voluntarie assumptus pro peccatis puniens quod cōmisit: cum proposito confitēdi & satisfaciendi quo ad mortale: quia quo ad veniale non requiritur propositum cōfitendi: nec forte satisfaciendi: quia potest remitti vbi non est satisfactio vt in purgatorio: sed non sic de mortali. Unde non videtur esse in statu salutis ꝗ pro mortali non vult hic satisfacere sed tantū in purgatorio: quamuis Scotus in. iiij. distin. xvij. ques. prima. arti. ij. videatur oppositū sentire. Differt autē cōtritio ab attritione: quia dolor pro peccatis imperfectus est attritio. Dolor vero perfect⁹ dicitur cōtritio: cuius perfectio plus attenditur ex parte gr̄e qua informatur: ꝙ ex parte doloris: naȝ dolor desperationis maior est dolore cōtritionis aliquo modo: qui tamen non est contritio quia caret gr̄a. quādo dicūt docto. ꝙ attritio fit cōtritio: nō intelligit̄ de eodē actu numerice: q2 cōtritio est act⁹ a gr̄a elicitus: nō autem attritio: vñ non pōt idem actus esse attritio & contritio. Sed intelligitur de eodē

actu scdm specie: vel ordinabiliter. Sicut dicitur q ex mane fit meridies: ita q vnus fit post alium actu & vn9 est dispositio ad alium. Sicut in naturalib9 natura procedit de imperfecto ad perfectum sic q actus impfect9 cedit: & pfect9 succedit.

Notandum q cotritio est solu3 de malo culpe non nature nec pene: quia solu agit in peccatu sicut in propium obiectum ad destruendum ipsum. Et no de malo culpe originali sed actuali: pro mortali est necessaria in presenti: de veniali autem hic vel alibi. Nec est de peccato alieno sed de propio & preterito. Nam de futuro peccato timor & cautela esse potest: de preterito autem & de presenti est dolor. Licet a futuro teneatur homo proponere cauere. Et debet esse de quolibet mortali in speciali. quod tamen non oportet de venialibus: quia sicut leues infirmitates licet multe vna medicina curantur: sed graues speciales medicinas requirunt sic & hic. Penitentia ante baptismum non requirit sic specialem dolorem: quia sicut in generatione actione vnica naturali: omnia contraria expellunt: sed in sanatioe diuersa remedia adhibent: sic in proposito: specialr q: plus ho tenet ad cotritione habedat q ad cofessione q: nulla necessitas excusat a otritioe: si eni pcto comisso ho moritur ate cotritione etia si no potuit coteri vt q: pecado morit danat. Sed q voluit ofiteri & no potuit excusat. Et velle coteri est coteri. velle aute co

fiteri nō est confiteri. Et tñ tenetur hō confiteri de mortali in spetiali. Ergo similiter tenet̄ conteri in spāli: si aūt non habet memoriā nec in gñali nec in spetiali excusat̄. Si vero in geñrali ꝛ nō in spāli dis cutiat cōscientiā debito mō: ꝛ deꝰ reducet ad memoriā: et remittet. Q2 si nos metipos diiudicare mꝰ: a dño nō iudicaremur. Prima co. ij. Et debet de ipsa negligētia cōteri: ne forte p culpā elapsum sit aliquod pecatū a memoria. Habita vero spāli contritione de singulis securū est aliquod sensibile signum tonsionis pectoris seu suspirij vel aliud adhibere ad certitudinē consciētie. Quāuis hoc non sit necessarium: quo facto de omnibꝰ in gñali cōteratur: vt sic omnibꝰ spetialiter enumeratis se q̄tur gñalis clausula: q̄ oīa cōprehendat quia illud modū debꝫ hō gerere interius per cōtritionē: quē foris pretendit per confessionem. Nō aūt oportet ꝙ absolutio singulatī fiat de singulis: sed sufficit ꝙ gñaliter fiat de omnibꝰ: nec turbet̄ quis timēs singularē dolorem non habuisse de singulis: q2 vere penitens quanuis hoc non percēdat sine dubio ita facit formaliter vel virtualiter. Quia licet discursus rationis ad hoc sit necessarius: ille tñ fieri pōt in impceptibili tpe. Unde nec pēitens qui vere deserit peccata ꝛ conuertit̄ ad deū: nec cōfessor de hoc debent solicitari. Cōtritio tripliciť potest considerari. Primo scōm genus suum quod est dolor ꝛ sic est in dānatis. Scōo quantū ad eiꝰ for

mā que est grā ⁊ sic est in purgatorio. Tertio quā tū ad eius efficatiā q: est meritorius ⁊ sic soluz est in hac vita. Causa pⁱcipalis cōtritiōis de⁹ est sed cause dispositiue ex parte nostri sunt ser. s. Recogitatio peccati. Recogitatio pudoris. Detestatio vilitatis peccati. Timor iudicij ⁊ inferni. Consideratio amissionis pr̄ie ⁊ offense tāti pr̄is. Spes venie cōsequende. Grē recupande. Glie expectāde. Et tm̄ pōt intēdi ex parte charitatis ⁊ doloris intellectualis ⁊ sensibilis ꝙ tota pena remittatur. Non tū est omittenda pn̄ia iniuncta propter hoc: ⁊ propter incertitudinem talis remissionis ⁊ quia ē p̄cepta a cōfessore Cōtritio ꝓpꝛie dicta nō durat nisi in hac vita. Quia cū sit dolor nō est in padiso: nec i libo pr̄uz nec puerorū inq̄b⁹ nō est pena sensus. Nec est inferno cū sit actus grā informatus. nec est in purgatorio: quia est actus satisfactorius ⁊ volūtari⁹ simpliciter. In purgatorio autem nō sic est vbi est tm̄ pene solutio: nō meritum quod icludit satisfatio. Est autez tota vita hec tp̄s cōtritiōis q̄ ad habitum. Sic. s. ꝙ homo sp̄ debz esse promptus ad dolendum de omni mortali: si ip̄m cōmitteret: nisi alias doluisset: imo Ricard. ⁊ Alex. de ales videntur sentire: ꝙ quotiēs recolit de mortali tenetur dolere: sed cōtra q: p̄ceptū affirmatiuum nō obligat ad semper: vn̄ licet semper teneatur nō complacere sibi in peccato: nō tm̄ tenet̄ actu odire peccatum: sicut nō tenetur diligere deū

actu quotiens de deo recolit: alioquī null⁹ posset cogitare de deo speculatiue quī peccaret mortaliter: q2 nō pōt diligere deum: nisi cogitet de deo practice. Dicendum .ḡ. φ loquunt̄ de debito cōgruitatis nō necessitatis. Et si intelligat̄ de debito necessitatis verū est quādo occurrit practice vt principiū operādi τ nō speculatiue. Si enī practice deus mēti occurrat vt diligēdus vel nō diligendus tenet̄ homo iudicare deū diligēdu3 τ diligere. Similiter si occurrat pctm̄ cōmissum practice vt materia delectatiōis vl' detestationis vt psequibile vel fugibile tenet̄ hō iudicare detestandū τ detestari.

Sciēdum φ dolor sensitiuus contritionis nec pōt nec debet eē maxim⁹. Nō pōt. Nō q2 deus nō possit infundē maximū: τ aliqū infundit de gratia spetiali sed q2 nō est in potestate hominis plus dolere de hoc φ̄ de damno sensibili. Debet tamen plus optare lachrymas τ dolorem sensus pro delicto: φ̄ proquocunq3 temporali dāno. Unde Augu. Non sunt in te christiane viscera pietatis si plangis corpus aquo recessit anima: τ non plāgis animā a qua recessit deus. Nec deb3 esse maximus. Quia destrueret corpus τ oculos quod esset cōtra rōnem: nā si preter intētionem τ negligentiā sequeretur mors aut cecitas imputaretur ad martiriū nō ad peccatum. Nihilominus quando aduertit ex fletu se ledi debet temperare scōm rationem. Dolor vero intellectiuus debet

esse maximus. Nō quidē respectu doloris alteri⁹ vite: q: hoc est impossibile. Cum nec mors christi que omnem dolorē huius vite excessit attigerit ad minimum dolorē inferni aut purgatorij. Nec etiā respectu doloris inordinati: quia maior est dolor iude despantis q̄z petri penitētis. q̄a nullo gaudio tēperatur. Sz respectu mali nature vel pene: hic dolor debet esse maximus: q: est de maiori malo ꝛ de amissione maioris boni. Nō debet autem homo se tentare super his: nec confessor penitentē tentare ad sumendum experimetum: nec in sermonibus debet tendere laqueos tentationis simplicibus: dicēdo ꝙ plus debet hō velle excoriari ꝛ huiusmodi que sensus horret. Hoc soluz a penitente requirendum est. An peniteat: ꝛ si dolor eius est insufficiēs an vellet h̄re dolorē sufficientē: ꝛ si non habet hoc sibi displicet: ꝛ sufficit. Sed cōtra. Or scōm iudiciū recte rationis magdalena plus doluit de morte christi: q̄ de peccatis suis: ꝛ mař dñi de morte filij: q̄ q̄cunq̄z peccator in cōtritiōe. Or si de peccato est dolēdum pro eo ꝙ est cōtra deum Illud peccatū quo de⁹ occisus est magis fuit cōtra deū q̄ q̄cūq̄z aliud: ꝛ illud factū veraciter ꝛ ꝛ realit᷑ nocuit deo in natura cōiuncta ꝛ assumpta. alia autē peccata nihil nocēt deo: nec in deitate nec in humanitate. Ergo de illo facto est magis dolēdum hoi. Itē licet nemo d̄beat cōmittere veniale: ne alius cōmittat mortale: tamē plus videtur ꝙ si

bi debeat displicere mortale alterius q̄ veniale ꝓpriũ: q: qd̄ peius est magis est detestãdũ: ⁊ tamē dolor quē habet de suo veniali est cōtritio: nō autē quē habet de alieno: ergo alius dolor est maior dolore cōtritionis. Dicendũ qd̄ sicut homo non magis diligit maiꝰ bonũ loquendo de bonis creatis sed qd̄ est magis bonũ sibi sic debꝫ odire non maius malũ sed maiꝰ malũ sibi: est autem veniale proprium peius homini: q̄ mortale alienũ ⁊ ꝑ cōsequens magis dolendũ sibi: similiter Magdalene maius malũ fuit: peccatum proprium: q̄ peccatum crucifigentiũ: ideo magis dolendũ: ⁊ quia plus debuit diligere xp̄m: inquãtũ deus q̄ in quãtũ homo: plus debuit dolere de hoc q̄ ꝑ peccata ꝓpria offendit eiꝰ deitatē: q̄ d̄ hoc qd̄ crucifixio offendebat eiꝰ humanitatē. Matri etiã christi plus displicebat malũ culpe iudeorũꝫ: q̄ malũ pene in morte filij secũdũ rōnem licet nō secundum sensũꝫ.

28. Notandũ q̄ peccatum quantũcũqꝫ veniale quãdiu manet peccatum nō licet facere pro quocũqꝫ malo nature vitãdo: quia hoc esset de duobus malis eligere peius: cum minimũ malũ culpe sit peius maximo malo nature. Nec vt alius vitet maximũ malũ culpe: quia peius est isti veniale ꝓpium: q̄ꝫ mortale alienum. Unde si non pōt aliũ impedire ab homicidio: nisi mentiendo: nō licet ei mentiri. Nec pro vitãdo in se maiori malo culpe. Quia nũq̄ arctatur homo sic q̄ faciat al

terū de duobus peccatis. Cū iam nō esset pecca- tum ex quo necessariū. Et implicat casus contra- dictionē.s.q͂ manens peccatū sit licitū: cum ex hoc q͂ est peccatū sit illicitum. Sed cōtra. q͂ Grego. vt habet͂ distin.xiij.capi.nerui. dicit q͂ licet homo nō debeat cōmittere minus peccatū: ne ali⁹ cōmit- tat maius. Tamē ne ipse cōmittat mai⁹: pōt cōmit tere minus. Dicendum q͂ Grego. intelligit. Qñ illud disinit esse peccatū. Sicut nō est homini fu- randum ne interficiatur: quandiu furtū est furtū: sed si sit in extrema necessitate ipse vł alius: licet si bi auferre panem: ne alius sit homicida sui vel al- terius non pascendo: sed illud nō est tunc furtum. Malum igitur quod cūq3 nature et pene eligen dum est pro vitando quocūq3 malo culpe. Si que ras an sit preeligendū nō esse q̄ peccare: dicendū q͂ casus est impossibilis. Nō enim poni potest q͂ homo necessitetur peccare vel annichilari seu dā nari. quia nec hoc deus potest facere: cum nō pos- sit inducere ad peccandum. Nec creatura q̄ non- post ānichilare. Et dato quo demon posset anni- chilare animā nollentis peccare. Adhuc non ha- bet ipse necessario alterum eligere: sed haberet ne cesse vel vnum eligere: vel alterum pati inuitus. si cut aliquis torquetur inuitus quia non vult face- re eius voluntatem ꝛ ita posito casu per impossi- bile: non debet hoc vel illud eligere: sed peccatum respuere ꝛ ānullationem seu dānationem inuitus

sustinere: quia malum nature non licet eligere nisi pro necessitate vel utilitate virtutis: quorum neu trum est hic. Pōt etiā dici. q̄ q̄n annichilatur quia peccare nō vult. Hoc agit propter deū qui potēs est ānullatū repare vl' dānatū saluare: et ppt' actū v̄tutis paciētie et ita licite eligere pōt ānichilatiōez.

Confessio multipliciter diffinitur. Nā secun dum Augu. Cōfessio est per quā latēs mor bus aperitur sub spe venie sicut et medicus quan do scit infirmū habere aliq̄z letalē morbū: quē ig norat vel vult occultare q: timet secari: debet illū monere: dicens. Si medicantis opus expectas: o portet q̄ vulnus detegas. Sic etiam si confessor scit vel probabiliter credit: q̄ penitens non reco lit aliquod peccatum: quia insufficienter discussit conscientiam: vel si recolit: nō credit illud esse mor tale. Debet illud sibi ad memoriā reducere vel cō scientiā ei de illo facere: alioquin scienter solueret indignū: sed si dubitat an illud sit mortale et peni tens dicit de consilio peritorum facere: de quibus ex vita et scientia probabile est q̄ non consulerent nisi bene: potest se illorū iudicio cōformare: secus si esset certus de opposito. Secunda diffinitio est Grego. Cōfessio est peccatorū declaratio: detesta tio et vulneris ruptio. Declarare debet quo ad nu merum numeratū: si differunt specie. Non enim sufficit dicere numerum numerantē puta feci tria peccata: sed oportet specificare ea: quando vero

peccata solo numero differunt: sufficit dicere numerum numerantem puta feci tria furta. Tertia diffinitio. Confessio est legitima coram sacerdote peccatorũ declaratio. coram dicitur. Quia quandiu per se ipsum dicere potest: in presentia ꝛ non in absentia nec per nuncium nec per litteras confiteri debet. Quãdo scribit peccata benefacit: sed nihilominꝰ debet ea ore propio exprimere: nec sufficit tradere legẽda. quod si non põt ire nec accersiri sacerdotem: nõ tenetur scribere ꝛ mittere peccata: quamuis si velit sibi hoc sit licitum ꝛ sacerdos poterit sibi rescribere ꝛ remãdare absolutionẽ ꝛ valet absolutio. Qui vero habet sacerdotem presentẽ sed alteriꝰ lingue vel est mutus: potest per interpretẽ cõfiteri: sicut ꝛ matrimoniũ contrahere: q̃uis Scotus in disti. xvij. q. pma. q̃rti. teneat oppositũ. Nõ tamẽ tenetur sic confiteri: quia soli sacerdoti homo teneť cõfiteri cuiusmodi nõ est interps. Pluribꝰ etiã sacerdotibꝰ simul põt cõfiteri et cau sa: ꝛ ab vtroqꝫ absolui: sicut põt seorsũ vni post aliũ. Quarta diffinitio. cõfessio est deliquẽtis accusatio et erubescẽtia: ꝛ p claues ecclesie satisfactoria obligãs ad iniunctã penitẽtiã peragendã. Delinquẽtis dicit quia se ꝛ non alios debet accusare: nisi quãdo aliter no põt suũ peccatum manifestare: nam circunstantiã mutantem in mortale: propter nullius famam debet celare: quia plus sibi teneť q̃ alijs ꝛ sue consciẽtie: q̃ꝫ alterius fame: querat tñ

cõfessoꝛẽ q̃ per cõfessionẽ nõ veniat in noticiam ꝑ
sone:quẽ si habere non põt cõfiteatur vt opoꝛtet
cũ doloꝛe.qñ vero circũstãtia agrauat sed nõ mu/
tat speciẽ:meli⁹ est subticere: quãdo timeret̃ scan/
dalũ sui vl'cõfessoꝛis vl' tertij. Obligãs dicit̃ qꝛ
aliq̃ bꝛeuis oꝛatio q̃ꝫ statĩ expleat vl' aliud simile
debet iũgi ꝑ modũ ꝑcepti a cõfessoꝛe:ꝛ aliud ma
gis longũ postea explendum per modũ consilij.

Notandũ ꝙ confessio non est introducta le/
ge naturali. Qꝛ iura naturalia vbiqꝫ ꝛ sem
per manẽt:nõ autẽ semper fuit ꝙ hõ peccatũ suuꝫ
secretũ teneret̃ alteri ꝑpalare. Item nõ est indu/
cta lege moisi eo modo quo nũc est. Nec lege po/
sitiua:qꝛ ꝛ si posset pꝛecipi vt quis confiteretur de
actu exterioꝛi:nõ tamẽ de actu interioꝛi q̃ non sub
iacet humano pꝛecepto directe et per se:de exteri/
oꝛi posset sicut ꝛ clandestina matrimonia ꝓhiben
tur ꝛ adhibetur pena contra quod agentes ꝛ pec/
cãt ꝛ penã incurrũt licet pꝛobari non possit:vide de
his infra. Similiter si papa pꝛeciperet cõfiteri de
actu exterioꝛi quantuncunqꝫ occultissimo:tenere/
tur q̃s ꝛ excomunicationẽ incurreret si omitteret:
et lata esset contra omittẽtes. Omnẽ igitur actũ
exterioꝛem põt lex humana: ꝛ ꝓhibere ꝛ ꝑcipe/
re ꝙ si non potest aliquando trangressoꝛem puni/
re nõ est ex defectu iuris sed pꝛobationis. Actus
vero iterioꝛ subter fugit legẽ humanã:ita ꝙ si ho/
mo fateretur se cõsensisse in quod cũqꝫ crimen:sed

nihil exterius egisse: cogitationis penaz a lege humana nō accipet. Restat ergo q̄ cōfessio sit de iure diuino. Patet. quia pat̄ omne iudiciū dedit filio: vn̄ quando erat deus tantū: soli deo sufficiebat confiteri: cui dicit ,ppheta. Tibi soli peccaui: post q̄ autē factus est hō ꝛ pro nobis mortuus: datū est sibi iudiciū de peccatis ꝛ sibi est confessio faciēda: qui loco sui vicarium dereliquit: cui etiam est cōfessio faciēda. Verū est q̄ aliquo modo fuit cōfessio exterior necessaria in omni lege. In lege nature per indeterminatū modum. Tunc enim quilibet scđm q̄ sibi veniebat in cor modū penitendi sibi determinabat: ꝛ hunc modum exquisiuit deus ab Adam quādo post peccatum dixit Adam vbi es super quo glosa. vox est increpantis ꝛ confessionē inquirentis ꝛ idem de Cain.

Sed in lege veteri modus exterior penitendi erat magis determinatus vnde pro determinatis quibusdam delictis fiebant certe ꝛ determinate oblatiões vt patet Leuiti. iiij. ꝛ. v. in confuso tamen manifestabatur per illā confessionem peccatū ꝛ nō multū explicite. In lege vero christi: in speciali oportet peccata confiteri. Dicit Bonauentu. q̄ confessio a xp̄o fuit insinuata. Ab apostolis instituta ꝛ postea ab eis ,pmulgata. Sed hoc cōmuniter nō tenetur: quia solus christus p̄ potestatem excellentie potuit instituere sacramenta ꝛ nō alius quicunq̄.

.32.

De institutione confessionis: magna difficultas est. aliqui tenent q̄ est instituta ab ecclesia. Unde glosator decreti recitatis opinionibus. de peniten. distinctione quīta: in principio subdit. Melius dicitur eam institutā a quadam vniuersali ecclesie traditione: q̄ ex no. testa. vel veter. auctoritate. Sed salua grā irrationabiliter loquitur. Turpe enī esset theologo: dicere aliqd esse in biblia: et nescire vbi illud inueniretur: similiter canoniste turpe est dicere aliquid esse ex traditione ecclesie et nō inuenire in canone: vbi sufficienter cōtinentur vniuersales traditiones ecclesie. Presertim cū ista esset de principalioribus. Si dicatur illud esse caplm̄ omnis vtriusq̄. de peni. et remi. non valet: nam illud cōdidit Innocē. iij. in concilio latera. et ante illū fuit Augustinus. Plusq̄ per. dccc. annos qui predicat confessionē esse valde necessariā vt patet in suo lib. de vera et falsa penitētia. Et certe eccl̄ia non attētasset tā arduū p̄ceptū imponere omnib9 xp̄ianis nisi esset preceptū diuinū. Tenendū est igitur q̄ cōfiteri vocaliter est de iure diuino: sed tunc oportet videre. Ubi hoc preceptum sit latum: aliqui tenent q̄ fundatur hoc preceptū in verbis Jacobi. cap. ij. cōfitemini alterutrū peccata. Sed nō videtur q̄ iacob9 habuerit auctoritatē obligādi totā ecclesiam: cū esset tm̄ eps̄ ecclesie hierosolymitane: nec videtur q̄d p̄ceptū a xp̄o p̄mulgauit. Nā apl̄i publicātes p̄cepta dn̄i: in scripturis

suis vtebatur modo loquēdi per quē clarū erat q̄ loquebant̄ vt precones x̄pi. vt p3 prima Cori. vij. vbi ait apl's. Precipio his qui sunt matrimonio iuncti non ego sed dn̄s. Maxime quia in verbis premissis: non magis dicit confessionem esse faciē da3 sacerdoti x̄q̄ alii: vnde τ subdit orate ad inuicē vt saluemini. Btūs Tho. tenet q̄d confessio insti tuta est a x̄po quātu3 ad eius vtilitatē Math. iij. vbi ait. Penitētiam agite: appropinquabit enim regnū celorū. quātū ad eius necessitate3. Lu. xiij. vbi dicitur. Nisi penitētiā egeritis omnes simul peribitis: quātū vero ad potestatē clauiū. Math. xvj. vbi dixit Petro. Quodcunq3 ligaueris super terram τc̄. τ Joā. xx. vbi dixit oībus. Quorū remiseritis pctā. Nec oportet adducere illud Math. xvj. Tibi dabo claues regni celorum: q2 nō est nisi p̄missio de datiōe futura. Ex predictis locis probo q̄d cōfessio vocalis sit de iure diuino. Nam apl'is data est potestas τ in eis omnib9 sacerdotibus remittēdi peccata nō principaliter: q2 hoc est solius dei sed ministralit̄ τ arbitratiue: sed nemo pōt arbitrari i causa ignota. Ergo eis ē manifestanda causa in qua debēt arbitrari. Hec manifestatio est cōfessio. Ergo ex ista collatione potestatis arbitrarie sacerdotib9 in causa peccati obligatur peccator ad accusandum se eis tanq̄3 arbitris. Item nulli cōmittitur potestas iudiciaria et arbitraria in causa peccati: nisi alicui imponatur

prosequi ante absolutionem quādo potest desere re sine graui scandalo. Semper debet sumere sacramentū sub vtraqꝫ spē quotiens celebrat ō cōse. dis.ij. relatū: licet tamen portiunculam dare volenti cōmunicare: si non habet aliud vnde cōmunicet. Qui plures missas in vno die vult celebrare in vltima solum accipiat pfusionem: quia alias non licebit ei aliam dicere cū non sit ieiun⁹. de cele. mis. ex parte. Si sacerdos post consecrationē infirmet et nō habeatur alia hostia: ali⁹ sacerdos prosequat et diuisa hostia vnā partē det infirmo: aliam sumat ipse: sed si ante cōsecrationem infirmetur vel moriatur nō oportet ꝙ per alium suppleatur: si vero cōsecrato corpe ante consecrationē vini vel consecrato vtroqꝫ hoc accidat: per alium debet expleri. Si propter frigus vel ne (vij. q. prima. nihil. gligentiam hostia labatur in calicē non ē necesse aliquid iterari. Si p negligentiā sanguis cadat sup tabulam terre adherentē lingua lambatur et post raddat: si nō fuerit tabula locus ipse raddatur et cōburatur: et cinis iuxta altare recondatur et sacerdos. xl. diebus peniteat. Si super lapidē altaris cadat sorbeat sacerdos stillam sanguinis et. iij. diebus peniteat. Si super lintheū altaris et ad aliū lintheū stilla peruenerit. iiij. diebus peniteat. Si vsqꝫ ad tertiā puenerit. ix. diebus peniteat. Si vsqꝫ ad quartā. xx. dieb⁹ predictis dieb⁹ sacerdos ieiunabit: et a cōmunione cessabit. pensatis tamen

cōditionib⁹ negotij ⁊ psone pōt minui ⁊ augeri dī
cta penitētia. abluunt̄ etiam lintheamina trib⁹ vici
bus calice supposito ⁊ aqua ablutionis iuxta al
tare condat̄. de cōse. disti. ij. si p negligētiam: ⁊ pōt
summi a sacerdote si vellit: post ablutionē pars il
la linthei abscindatur ⁊ comburat̄ ⁊ cinis in altari
cōdatur: sed nō de necessitate. Si laicus per ebrie
tatē vel voracitatē eucharistiam vomat. xl. diebus
peniteat: clerici vero vel religiosi. lxx. eps. xc. sed si
causa infirmitatis. vij. dieb⁹ peniteat. de conse. dis.
ij. si quis. ⁊ vomit⁹ debet cremari et cinis iuxta al
tare condi. semp tamē obseruādum est: vt qn̄ spēs
sacramētales inueniunt̄ integre reuerēter sumant̄:
quia saluis spēbus remāet ibi corp⁹ xp̄i. Si mus
ca aranea vel venenū cadat in calicē ante consecra
tionē abluto calice aliud vinum appōatur: si post
capiatur animal caute ⁊ lotū cōburatur ⁊ lotio cū
cinerib⁹ in sacrario condat̄. sed si sit venenuꝫ: non
debet sūmi nec alteri dari: ne calix vite vertatur in
mortem: sed diligenter in vase seruetur: ⁊ ne sacrm̄
maneat impfectū aliud vinuꝫ apponat̄ ⁊ resumat
cōsecrationē ⁊ perficiat sacrm̄: nec debet sūmi ali
quid abominabile occasione huius sacri. arg. de
cōse. disti. ij. Si p negligētiam qn̄ corpus xp̄i ap
paret in alia specie cum visus hui⁹ sacri sit p man
ducationē: nō debet sūmi ab eo cui sic apparet cū
nō habeat rationē cibi: qd̄ si omnib⁹ apparet de
bet cuꝫ reliquijs poni. Si calicis infictura sit torna

tilis: ⁊ ciphus separet a pede scdm siluest. post pa-
lu. nō licet in eo celebrare nisi denuo consecretur:
q: in tali separatione execratur cū amittat formaȝ.
sed secūdū auctorē libri qui dicit rōnale nō execra
tur: ⁊ idē tenēt multi canoniste. standū in hoc vide
tur ɔsuetudini patrie. Debēt in altari eē due palle
⁊ corpale ⁊ omnia de lino simplici. dis. xxv. ca. per-
lectis: sumitur hic linū vt distinguit cōtra pānum
ex lana vl' serico. vñ si corpale sit ex lino quod dicit
olanda vel ex simili in colore ⁊ tactu sufficit: ex eo
qđ dicitur algodō vel ex simili: ꝓbabile est ꝙ non
possit fieri. dicit angel. sufficere vnā pallā. siluest. te-
net ꝙ in representationē trinitatis requirūtur due
⁊ corporale: nisi vna esset tā lata ꝙ plicari posset.
Debet sacerdos habere vestes sacras q̄ sunt sex. s.
amictus: alba: cingulū: manipulus: stola: ⁊ plācta.
et sub precepto debēt omnia esse mūda ⁊ scdm di-
rect. calciamēta: sed hoc est de bene esse. cingulū de
bet esse ita lōgum vt homo cingi possit quicunqꝫ
saltem puer: alias amittit formā ⁊ eget de nouo be
nedici. scdm siluest. mos est apud multos ꝙ cingu-
lum non sit benedictum.

Utrum liceat fugere tēpore pestis? ꝓ respō.
sciēdū ꝙ duplex ē cā pestis: vna naturalis. s.
corruptio aeris vl' humorꝫ. vñ vbi iacēt insepulta
cadauera: ⁊ post famē terre generaleȝ: quando cor-
ruptis ⁊ non sanis escis homines vescunt pestis
communiter accidit. alia causa est supernaturalis.

Sepe enim diuina iusticia ad vindictam petõrum pestẽ imittit: sic fecit post peccatũ dauid de supba numeratione populi. ij. reg. xxiiij. ex qua vt ibi dr̃ mortua sunt septuaginta millia virorũ. Sed pmo paralipo. xxj. dicit̃ cecidisse fere trecenta millia: qđ sic concordãt. nã in li. reg. ponit̃ solũ numer9 nobiliũ q̃ mortui sunt. sed in paralip. numerus vulgi. sup quo grego. dauid numerãdo populũ peccauit ⁊ populus punit9 est: ita enĩ iuncta sunt merita rectoꝝ ⁊ plebis: vt sepe ex vita pastoꝝ deterior fiat vita subditoꝝ. Numerãdo populũ offẽdit: in amissione populi punit9 est: q2 p que quis peccat p hec punit̃. sapie. xi. hinc est q̃ exo. v. moyses ⁊ aarõ pharaoni dicũt deus hebreoꝝ vocauit nos vt eamus viã triũ dierum in solitudinẽ ⁊ sacrificem9 dño: nec accidat nobis pestis aut gladi9. et leui. xxvj. si spreueritis leges meas: imittã pestilentiã in medio vestri. Idẽ hẽt̃ nume. xiiij. et ezechiel. xxviij. hoc supposito dicit̃ ad dubiũ. Quacũq3 ex causa naturali siue supnaturali pestis accidat: nõ habenti curam populi licitũ est fugere: si vero habet curam populi in tẽporalib9 vt recto: populi vel in spũalibus vt episcop9 ⁊ curati: si habẽt eque bonum vel meliorẽ q̃ ipse est quẽ preficiãt in vicariũ: licite fugiunt alias non. Sed vocant̃ a dño ioã. xj. mercenarij qui vidẽt lupum venientem ⁊ fugiunt. nam ex officio obligati sunt prouidere populo etiã cũ periculo proprie psone. Qui nõ habet curã populi nec

est persona talis que remanēdo possit prodesse, pximis cōsulendo: audiēdo cōfessiones: predicādo: seruiendo infirmis subueniēdo corporaliter et in similibus: peccat remanēdo si habet quo vadat: nisi dimittat ex eo q probabiliter timet q ex fuga incurret graue dānum rerū fame vel anime: sicut cōmuniter accidit habētib⁹ filias nubiles vl' vxores iuuenes nō multū graues. Similit q timet q erit indeuotus et distract⁹ et omittet suas deuotiones vel q saltē peccabit venialiter q omnia cauēbit nō fugiendo sicut sepe cōtigit religiosis licite non fugit. alias peccat tentās deū: cum possit via humana periculū ceptū iminens ex quo videt multos infici euadere fugiēdo: quia quāuis pestis veniat sepius ex peccato persone: inficit tamē locū: nec valet consequētia. iste periit peste: ergo pter peccatū ei⁹ vēit pestis vl' pcussus ē: imo ex misericordia dei q peccatores expectat ad penitētiam: hij ppt quos imittit pestis non inficiunt pluries: vt patet de dauid vbi supra qua de re cōsulit dñs p pphetas fugere. hiere. lj. Fugite de medio babilonis vt saluet vnusquisq animā suā. iob. xix. fugite a facie gladij quoniā vltor iniquitatū gladi⁹ est. et ezechi. vij. dicitur. Pestilētia deuorabunt et saluabuntur q fugerint ex eis. et gene. xix. loth. dixit generis suis. egredimini de loco isto: quia delebit dñs ciuitatem hanc. et ibidē angelus dixit loth. Surge ne et tu pereas in scelere ciuitatis. distin. lxxxviij. dicit.

clericū negotiatorē velut pestē fuge: religiosi tamē nisi obediētia eos fugere cogat: manere debēt: ⁊ q: ꝓficiēt infectis ⁊ q: ex euagatione plurimū in conscientiam dānificant̄: et q: ex quo semper debēt esse parati ad trāsitū: ex fuga eorū sequit̄ scandalum. vñ facta persecutione in iudea post mortē beati stephani: oēs xp̄iani dispsi sunt: preter aplos q erāt fortiores. stultū tñ est fugere pestem ⁊ secū deferre peccatū qd est causa pestis: qui seuiēte peste non disponit domui sue facto testamēto ⁊ emūdata cōscientia: ita q sit parat⁹ ad exitū grauiter peccat: ⁊ idem q ponit se ad dormiēdum cū ꝓposito pseuerandi in mortali.

Utrum gr̄a concessa sine prefinitione tēporis sit perpetua ⁊ itelligat̄ tā de preteritis q̄ de futuris. Dicendū q cū fauores sint extēdendi sicut odia sunt restrigēda: vt dicit regula iuris: ⁊ priuilegiū principis: maxime qd in nullius est preiudiciū: late sit interpretandū: qū cōceditur alicui vt possit absolui ab omni sentētia excōmunicationis in quā icurrerit: sic cōiter dicit̄ in bullis: intelligit̄ nō solū de his q vsq ad datam bulle hēt: sed etiā d alijs q post incurrit: dūmodo duo ocurrāt. pmo q p hoc nō accipiat licētiā peccandi: q: peccāti sub spē q p bullā absoluet̄ in nullo suffragat̄ quo ad hoc bulla: q: priuilegiū meret̄ amittere qui cōcessa sibi abutitur potestate. Secūdo requiritur q talis gr̄a sit absolute cōcessa sine limitatione ad preterita.

Utrum sub pena peccati mortalis teneatur episcopus psonaliter residere i sua ecclesia. Dicendũ q̃ sic ex precepto iuris diuini: quia tenet̃ ad curã animarũ mediãtibus his actib⁹ personalibus. s. doctrina: ministratione sacramẽtoꝝ: consecrationibus: visitatione: custodia ac diligẽtia. De primo patet ex illo apli: opoꝛtet epm̃ esse doctoꝛeȝ: vbi nõ dicit oportet epm̃ habere doctoꝛẽ sed esse et in ei⁹ ordinatione dicit̃. vade predica populo dei: ꝛ nõ dicitur mitte ad predicãdũ. q̃ aũt ad custodiã ꝛ visitationẽ omniũ teneat̃ personaliter patet: nam non quilibet ouium dñs vocat̃ pastor: sed tñi ille q̃ pascit: alioquĩ principes habẽtes multos ouium greges quos p alios pascunt̃ pastores ouiũ essẽt: qd̃ est falsum. Eps aũt est vere pastoꝛ iuxta v̄bum dñi ad petrũ. pasce oues meas. vñ si nõ vigilat psonaliter sup gregẽ suũ: nec custodit nec visitat vt cuiq; tribuat̃ quod cõuenit: non pastor dici debet sed dñs ouiũ: habẽs pastorẽ ouiũ mercenariũ illuȝ cui cõmittit q̃ vigilet: custodiat ꝛ visitet: nec dictũ est petro fac pascere: ȝ pasce oues meas: et ezechi. xxxiiij. contra hec omittentes personaliter dure minatur dominus: nec obstat si dicatur q̃ episcopi exercent hec per episcopos pauperes ꝛ titulares: nam abusio dtestabilis est q̃ pauper episcopus relicta sua ecclesia alteri seruiat: ꝛ ex hoc dat̃ occasio q̃ in grãde salutis dispẽdiũ clerici ꝛ religiosi insolentes procurent in episcopos titulari: vt abiecto

obedieˀtie iugo liberius peccēt ꝛ seruiant carni. vñ dixit quidā: ꝙ honestus modus apostatādi erat ꝑ hoc ꝙ intitulanṫ in epos: sine dubio magna causa ꝛ forsam totalis ꝑditionis ecclesie ꝛ cultꝰ diuini ē ex hoc: ꝙ epi ꝛ beneficiati nō resident in suis eccle/ sijs verbo ꝛ exēplo populū pascentes: nā si reside/ rent redditus ecclesie necessario in maritādis puel lis: subueniēdo paupibus: augēdo cultū diuinum ꝛ in similibꝰ ꝛ nō in vanitatibꝰ expenderēt. Sꝫ qꝛ preceptum de residētia est affirmatiuū. nō obligat ad semp sed pro loco ꝛ tpe. s. quādo opus ē actum epalem in exercitio ponere: maxime actū pascendi gregē xpi: huic enī actui ita oportet pastorē assidu um esse: vt quasi cōtinue pascere teneaṫ oues. scri/ ptū est enī qui preest in sollicitudine: ꝛ rursus solli citudo mea omniū ecclesiarū: quis infirmaṫ ꝛ ego nō infirmor. vñ quia oportet epm cōtinue exercere istum actū vel preparari ad illū ꝑ se loquēdo tenē/ do teneṫ ad cōtinuā residentiaꝫ in suo episcopatu: ita ꝙ sicut hoc preceptū affirmatiuū ex natura rei precepte habet locū determinatū. s. propriam dio/ cesim: ita habet determinatū tēpus. s. assidue: nisi excuset vel necessitas vl' qualitas negocij vel cōdi/ tio persone: necessitas vt si ratione morbi opor/ tet mutare regionē: vel si ꝑpter persecutioneꝫ infi/ deliū vel tirānorū oporteret fugere: si tamē epi ꝑ/ sonalis persistentia expediret ecclesie: teneṫ ꝑsiste/ re ꝛ non fugere: etiā si corporalis eiꝰ vita auferēda

credat̄: in casu etiā imminētis pīculi ecclīe sue cui sua obuiaret p̄sentia: tenere t̄ sustinere egritudinē: q̄ñ bon⁹ pastor ait dn̄s aīaȝ suaȝ ponit p̄ oīb⁹ suis: itaq̄ ex bono ecclīe sumēda est rō ꝑsistētie vel absentie epī. negociū ēt occurrēs ad cōmodum sue vel vl'is ecclīe spectās excusat: q̄ñ sine epō alias nō pōt pagi: vt ire ad cōciliū generale et huiusmodi: sed nota ꝙ secūdū caieta. sup. ij. ij. q. clxxxv. ar. v. secretari⁹ sedis aplīce vel audito: rote et huiusmōi nō excusat̄. ex hoc q̄ ad deū a residētia. hic est ꝙ nō licet epō votum facere quo ab ecclīa sua se debeat absentari vt p3 in ca. magne. de vot. cōsiderās diu⁹ ber. quāta mala eueniāt ecclīe ex absentia epoꝝ ourre inuehit in eos et gn̄ralit̄ in clericos et religiosos seculariter viuētes dicēs. miror de clericis qui aliud esse volūt et aliud videri: habitu sūt milites: q̄stu rustici: sed actib⁹ neutrū exhibēt. q: nec vt milites pugnāt: nec vt rustici laborāt: nec vt clerici euāgelizāt: et duȝ vtrūq̄ appetūt vtrūq̄ cōfundūt. ministri xp̄i sunt et seruiūt anti xp̄o: honorati icedūt d bonis dn̄i cui honorē nō deferūt: in eis viget mere trici⁹ nitor: histrionicus habit⁹: regius apparat⁹: plus nitēt eoꝝ calcaria q̄ ecclesiaꝝ suarū altaria.

Interdictū canonicū est separatio facta a iure vel a iudice a diuinis offitijs t ecclīastica sepultura t a certis sacramētis. Est aūt triplex mod⁹ interdicti. s. locale tantū quo interdicit̄ locus. l. habitatio tātū et nō ꝑsona loci: et ꝑsonale tm̄ quo in

terdicitur persona tm̄ et non locus:aliud est locale et psonale simul.vnde aliud est interdicere locū aliud homines loci homines et locū: q2 si locus tm̄ est interdict⁹:homines loci q̄ nō dederūt causam in terdicto alibi possunt audire diuia et recipe sacra mēta.Si vero homies aut locus et homines sunt īterdicti tenent̄ alibi seruare interdictū. Interdic tum locale secūdū angel.triplex est.s. genrale vt cū interdicitur regnum: spetiale vt cum interdicitur ciuitas: singulare cum interditur certa ecclesia. sed communiter dicitur q solum est duplex interdictū.s.generale ⁊ speciale: et in iure q̄d ipse dicit spetiale dicit̄ gnāle:vt patet de verb.sig.cū in pti b⁹. Interdictū spetiale ē quo iterdicit̄ vna certa ecclesia vel plures certe ecclie et nō oēs alicui⁹ loci. Dicit tñ archie.post cald.q qñ interdicit̄ oēs ecclia alicui⁹ loci ē interdictū spetiale et nō gnāle:q2 et si nō illis ecclijs tñ in alijs locis illi⁹ ciuitatis extra ecclias possent diuia celebrari ⁊ audiri ab omnib⁹ il

Notādū q oēs quib⁹ cōstat iterdic(li⁹ loci. tum esse latum tenentur ad illius obseruationez: et si sint religiosi siue exempti:siue nō sunt excommunicati si non seruāt interdictuз quod matricem ecclesiam hoc est principaliorem vel baptismalem loci vbi habitant sciuerint obseruare.clemen.ex frequentibus de sen.ex. Per extrauagan. tamen ad euitanda scandala:nullus tenetur seruare interdictum: nisi feratur contra personaз vel lo

cum specialiter et expresse. Secundũ antiquã iura in loco supposito interdicto ecclesiastico nulla per mittebant diuina offitia celebrari vel audiri nisi semel in hebdomada celebrari causa cõficiẽdi corpus xpi d sen.ex.pmittim⁹.de peni.ꝛ re.quod in te: sed per noua iura.ca.alma.de sen.ex.li.vj. istud est moderatũ. vnde licet tunc diuina celebrare seruatis his.s.submissa voce.ianuis clausis.non pulsatis campanis.excõmunicatis ꝛ interdictis exclusis: ꝛ non venientes ad diuina ita perdũt distributiones ac si non esset interdictum. Olim etiam penitentie sacramẽtũ sanis nõ dabatur tẽpore interdicti: vt patet in ca.non est de spon. sed nunc licet illud quibuscunq ministrare modo non sint excommunicati nec causam dederint interdicto. Dicere autẽ ꝙ papa nulli possit negare penitẽtiam in sanitate vt opinatus est godofre.est erroneũ: qꝛ contra ca.quod in te.de pe.remi.archidi.in.d.ca. alma tenet: ꝙ clerici aliarum ecclesiarũ vel religiosi alioꝝ monasterioꝛum nõ debẽt admitti: sed a solis clericis vel religiosis eiusdem ecclesie in qualibet ecclesia est celebrandum cum dicta moderatione. sed cald. ꝛ cõmunis opinio est in contra: ꝛ sic est tenendum: per regu.iur.odia restringi.li.vj.

Notandũ ꝙ vt habet in ca.licet de priuileg. quando alicui singulari persone cõcedit vt tẽpore interdicti possit audire diuina cũ dicta moderatione ei⁹ familiares ꝛ domestici q nõ dederũt

causam interdicto admitti debent ad audiēdum il la vel cōcelebrādum. Ex quo sequitur q̄ clericus volens dicere horas vel celebrare tēpore interdicti nō tenetur euitare familiares nec domesticos suos: sed coram ipsis poterit recitare ꝛ ab ipsis in celebrādo adiuuari. familiares tamē alicui⁹ colegij nō sic dēbēt admitti nisi sup hoc sint priuilegiati vt ibi patet: si tamē omnes de colegio essent infirmi vel alias essent valde impediti vel absentes preter vnū talis possit celebrare cū familiari secundū hosti. ioā. and. ꝛ calde. in. ca. nōnullis de priuileg. ratione cogentis necessitatis ꝛ ne priuilegium sit inutile. Sciendū q̄ in. d. c. alma: cōceditur q̄ in natali dn̄i: resurrectione: penthecoste: ꝛ in assumptione beate virginis cāpane pulsent̄ apertis ianuis ꝛ alta voce in locis interdictis generaliter diuina celebrent̄ exclusis excōmunicatis. et p̄ bulā martini v. et eugenij. iiij. additur etiā festum corporis xp̄i cū eius octaua: in quibus diebus licet dicere aliā missam q̄ꝫ de festo: ꝛ dicta suspensio interdicti intelligitur de prima die tantum q̄ incipit in festo natalis ꝛ resurrectionis secūdū palu. a missa vigilie: sed secundū omnes cōmuniter incipit in vesperis vigilie. si quis tamē velet tenere cum palu. nō male faceret: quia officium illorū festorū incipit a missa vigilie dum tamē caueat scandalū. finitur autē secū dum ioā and. in vesperis: sed secundū archi. in complectorio inclusiue: quia in benefitijs est larga in-

terpretatio facienda: & in vesperis includitur completorium vt notãt docto. in ca. si quis episcopus ij. q. iij. dis. xcij. ca. vlti. cuilibet harũ opinionum adherere licet. In predictis diebus nõ licet communicare nisi solũ infirmos: scdʒ archi. et ioã. andr. et quod dicit̃ de conse. dis. ij. & si nõ frequẽtius. q fideles debẽt cõmunicare in natali paschate: et pẽthecoste: intelligitur interdicto & alia prohibitione cessantibus. et scdm eosdem extrema vntio dari non potest. sed scdm federi. quem sequitur silues. et plures alij: cum hoc sit priuilegiũ principis & in fauorem animarũ: late est interpretandum & ita licebunt predicta in dictis festis: et generaliter licet in his diebus altaria & virgines ↄsecrare: vela benedicere & sponsas: & quecũqʒ sub nomine diuinorũ officiorum veniũt. an vero licẽat sepelire dẽfunctos in ecclesia. ioan. and. tenet q nõ: sed calder. tenet q licet his diebus sepelire solẽniter: si aliud non obsistat: quia sepultura ad diuinuʒ officiũ pertinet cũ debeat funus ad ecclesiam cũ diuino offitio deferri. xiij. q. ij. quia diuina. diuinũ autẽ officiũ permittitur his diebus solẽniter celebrari. idem tenet siluest. et cõmunis pratica. & dato q prima opinio esset vera clerici officiantes sepulturam nõ essent irregulares q: quo ad officiũ relaratũ est interdictũ.

Sciendum q scdm docto. in ca. nõ est vobis dẽ spon. et ca. scdm de excess. prela. absolute loquendo tpe interdicti vel in loco interdicto prohi

beritur sequentia. Primo omne exercitiū deputatum certo ordini ecclasiastico tam sacro q̄ non sacro. Secundo celebratio diuinoꝝ quoꝝ appellatione venit solū ordinatum in breuiario vel missali scdm docto. Tertio administratio sacramētorum nisi vt dictū est z colatio ordinū: nisi interdicti sic exclusis. Quarto sepultura in ecclesia vel cimiterio vel extra cū offitio: nō autē si fiat extra sine offitio. Quinto pulsatio cāpanarū pro diuinis z aptio ecclesie tempore celebrationis diuinorum.

Sciendum q si clericus exerceat aliquid dputatū certo ordini nō vt clericus sed vt laycus puta dicit.ps. vel cātat vel aliquid simile facit tempore interdicti: nō incidit in irregularitatem: z idē si benedicit mēsam vel dicit epistolā sine manipulo: que ex cōsuetudine dicitur sic per quencūq;: et idem si absoluit excōmunicatū dū tamē non absoluat cū illa solēnitate de qua in ca.a nobis. et.ij.de sen.ex. Similit qui interest diuinis ex deuotione quādo celebrant tēpore interdicti nō auctorizādo z sine contēptu nec offitiando principaliter quasi soluendo horas suas nō incurrit irregularitatem scdm silues.secus si interesset auctorizādo vt si prelatus faciat diuina celebrari vel offitiando horas principaliter sicut hebdomadarius qui incipit et finit vel si per hoc intēdit soluere horas ad quas tenetur. similiter cū id quod dicunt fratres conuersi pro horis nō sit offitiū diuinū, pprie: si dicāt illud

corã interdictis tpe interdicti nihil incurrũt. Itẽ tenẽdo q psalmistat⁹ seu prima tõsura ẽ ordo vt te nẽt canoniste in ca. cleros. dis. xxj. talis cãtãdo i cho ro ⁊ lectiones ac respõsoria legẽdo qd tali ordini ẽ anexũ tpe interdicti efficit̃ irregularis: sed in hoc theologis est standũ: q dicũt q nõ est ordo: sed dis positio ad ordines: nec legere ⁊ cãtare est ei ppriũ. Aduerte q dicẽtes offitiũ p viã vel extra ecclesiaȝ tpe interdicti studiose vt audiãt seculares: violant interdictũ quia hoc est offitiare populuȝ. ca. fin. de priuileg. li. vj. si aũt dicãt submisse ⁊ sine hac inten tione nihil incurrunt: quãuis trãseuntes a casu au diant: quia p hoc non fit contra rationẽ legis. si tñ duo vel plures dicãt horas tempore interdicti per viam qua aliqui trãseunt secundũ calde. nõ euade rent: ex quo ab alijs audiri possent. Que sequun tur tẽpore interdicti licent. Primo baptisma par uulorum ⁊ adultorũ etiaȝ in ecclesia specialiter in terdicta de sen. ex. qñ. li. vj. cum cathecismo ⁊ toto suo offitio: quia permissa permittuntur secundũ q iura disponunt fatienda ⁊ scdm q obseruat cõmu nis vsus. Secundo licet ministrare sacramentum cõfirmationis de sen. ex. responso. Tertio sacramẽ tum penitentie nõ solum decedentibus sed etiam sanis dũ modo non sint excõmunicati ratione deli cti propter quod est latũ interdictũ: quia talis non põt absolui nisi i articulo mortis ãteq̃ ad arbitriũ iudicis satisfaciat. l. d satisfaciẽdo idoneã pstiterit

cautionē si potest. Qui autē hoc nō possunt nisi iurauerint q̄ ad satisfactionem faciēdam iuxta posse fideliter laborabunt: ⁊ idē de dantib⁹ auxilium vel fauorem vt interdictū poneretur. d. c. alma. Quarto eucharistia deferri ⁊ dari pōt infirmis. de sen. excōmu. permittimus etiā cāpanulla pulsata: ⁊ cū lumine ⁊ alijs ꝯsuetis. Quia cum aliquid permittitur secundū q̄ ius disponit permitti tur. disti. iiij. ca. erit. et disti. xij. illa. similiter sanis damnatis ad mortē secundū calde. dari potest: quia cēsentur in articulo mortis. de clericis aūt de prima tōsura trepidat idem calder. an possint cōmunicare tempore interdicti: quia in edictis permissorijs certorum casuum cuiusmodi est percipe eucharistiā vt viaticum: quod expresse non est cōcessum subiacet regule ꝓhibitiue. ij. q. iiij. cōsuluisti. ⁊ in clemē. exiui. de verbo. signifi. §. porro. s3 siluest. cū multis alijs tenet oppositū: quia quo ad hoc clerici nō sunt interdicti: sicut nec quo ad celebrationem ⁊ audiētiā diuinorum in secreto: alias sequeretur q̄ aliq̄s nulla facta variatiōe in ordine ad interdictum: posset hodie percipere eucharistiam: qui heri non poterat: vt si diaconus fiat sacerdos ⁊ celebret. quod est irrationabile: quia nō mota causa non mutatur effectus. Secularibus vero quibus ꝑmittitur audire diuina nō licet dari: quia in ca. si sententia de sentē. excō. ponitur vt diuersa auditio diuinorū ⁊ perceptio sacramētorum: et in hoc tenet quod supra

dictum est de edictis permissorijs. De pregnantibus aũt quãuis aliquid dubitẽt: cõmunius tamẽ tenetur φ si pẽsata cõditione mulieris timetur probabiliter de periculo mortis: licitum est illã cõmunicare. Et idem de obsessis ꝛ mare intrãtibus: ꝛ de quocũq; probabiliter morituro: vel dubio de morte. Matrimoniũ autẽ cõtrahere licet tpe interdicti ꝛ personis interdictis. sed nõ benedictio nuptialis. Clericis nõ interdictis qui interdictũ seruarũt cõceditur ecclesiastica sepultura sine solẽnitate cũ silentio. de sen. ex. quod in te. sed quia iam modo cõceditur missa ꝛ horarum solutio secundũ moderatione capituli alma: licebit illum sepellire cum officio funerali per regulã: cui licet de regu. iur. li. vj. in diebus aũt in quibus licet publice celebrare: sepellire licet solẽniter tam clericos φ laicos. In ecclesia autẽ singulariter interdicta nõ licet clericos sepelire secundũ io. andr. sed hostien. tenet cõtrarium. Panor. vero in ca. quod in te: tenet clericos illius ecclesie posse ibi sepelliri non autẽ alij q habent in illo loco ecclesias non interdictas. Si aũt non habent vel sunt impedite: sepelliri possunt.

Sciendũ φ clerici ꝛ religiosi violantes interdictum incurrũt has penas. s. irregularitatẽ: inelligibilitatẽ: et impostulabilitatem. vnde clericus interdictus generaliter vel specialiter nullibi potest exercere actũ pertinentẽ ad aliquem ordinẽ aut celebrationem diuinorũ. et idẽ si non est inter-

dictus: sed exercet in loco interdicto sine modera- tione. ca. alma. et vt clericus talis est irregularis et ieligibilis actiue et passiue et impostulabilis. de sen. exco. is qui. li. vj. et de postula. ca. j. Qui aūt in ec- clesia polluta sanguine vel semine celebrat sciēter: grauiter peccat: sed nō est irregularis vt habet in d. c. is qui: et a fortiori nec solues horas ne aliud di uinorū. Qui aūt admittit ad diuina vel ad sepul- turam scienter interdictos: nō est irregularis sed ē ei iterdictus ingressus ecclesie donec satisfaciat ad arbitriū illius cuius sentētiam contēpsit. de priui- leg. ca. epōrum. li. vj. et si in ea se ingerit in offitio suo efficitur irregularis de sen. ex. is cui. li. vj. Itē clericus violās interdictū est suspēsus ab offitio et benefitio ac iurisdictione: de excess. plat. tanta. Re- ligiosus vero nō seruans iterdictū quod scit eccle- siam matricem seruare est excōmunicatus clemēti: ex frequentibus de sen. ex. Si aūt religiosus talis non sit ordinat⁹ vel sit monialis est inelligibilis actiue et passiue: et debet puniri aliter. Et qz in con cilio constācieñ. decretū est φ interdictos generalr̄ non tenemur euitare. nota φ is dicitur iterdictus nominati qui ꝓprio nomine vel aliqua certa circū locutione p sententiā designatur. et ille dr̄ quasi no minati interdict⁹ de quo cōstat φ est iterdict⁹: pu- ta si sit ciuis loci quem constat esse interdictū. isti. de exhereda. ibi. §. nominati. Itē cleric⁹ cui ē iter- dict⁹ igressus ecclie igerēs se diuinis ī ecclesia ī offi-

rio suo fit irregularis ꝺe sen. ex. is cui. non autem si extra ecclesiam se igerit: etiā si fiat in oratorio priuato: sed si oratorium sit auctoritate epī fundatum irregularis erit. Laicus autem violās interdictū nihil incurrit: sed puniēdus est pena arbitraria: ꝛ si fiat ex contēptu mortali peccat cum faciat contra obedientiam ecclesie.

Queritur quis possit ꝺispēsare cū suspenso ꝛ irregulari. Pro respō. nota ꝙ suspensio ē ecclesiastica cēsura qua iterdicitur a iure vel abhomine offitiū vel exercitiū cōpetēs ꝑsone ecclesiastice: que est ꝺuplex. s. maior ꝛ minor: minor priuat solum a participatione sacramētorū que incurritur solū ex ꝺuobus primo propter quodcūq; peccatū mortale in quo existens anteꝙ peniteat suspensus est ab omni actu ordinis exequēdo. Secundo ꝓpter participationem cū excōmunicato in qua incurritur minor excōmunicatio: ꝛ hanc tollit absolnēs a tali minori excōmunicatione: prima vero per solam cōtritionem tollit: suspensio maior priuat a participatione ꝛ a collatiōe sacramētorū ꝛ ab exercitio actiuo ordinum: que icurritur in pluribus casibus precipue in. iiij. sed quia in pratica cōmuniter contigit suspensio symoniacorum ꝺe hac in presentia agetur. Sciendum ergo ꝙ omnis symoniacus est ifamis ꝛ si in inditio cōstiterit est ꝺeponēd᷒. xv. q. iij. sane ꝺ accus. ca. iqsitiōis. Secūda pena symoniaci i ordine. l. i bñfitio est suspēsio ab executione

ordinum ꝛ benefitiorū administratione. Tertia est excōmunicatio papalis; de his habetur in extra/ uag. martini. v. in cōcilio constāciensi. q̄ incipit sa/ cro. sic suspensus scdm̄ siluest. ꝛ docto. in ca. tanta. ꝛ in ca. p tuas de simo. si renūciat benefitio taliť ha bito potest vti ordine suo ꝛ alijs benefitijs licite ac/ quisitis post penitētiā si factū est occultū: benefitio vero in quo simonia est cōmissa retento nō potest. de accus. inqstionis. Si vero est manifestuz q̄uis benefitio renunciet indiget dispēsatione sicut et qli bet alius criminosus. ca. fin. de tēp. ordi. potest aūt dispensare episcop⁹ dū modo non sit ille cum quo symonia est cōmissa. Cum simoniaco vero in ordi/ ne si ignoranter est factū episcopus dispensat: etiaz si postq̄ sciuit ministrauit in ordine suscepto. ꝛ ad alios ascendit: sed si scienter fit actū solus papa dis pensat pma. q. v. presentiū. sed scdm̄ ioā. and. in ca. de simoniace. cū simoniaco sciēter solus papa dis/ pensat. secūdū vero hostien. eps potest dispēsare in alio simplici benefitio: sed scdm̄ panor. in ca. de sy/ moniace potest: etiaz in curato: in alia ecclesia etiā cum executione ordinū: sed quia sup his varie lo/ quntur doctores: ꝛ certius est q̄ in suspēsione ꝛ ex/ cōmunicatione ,ppter simoniā in ordine vel in be/ neficio solus papa dispēsat. Nota q̄ si quis renū/ ciet benefitiū simoniace acceptum vel si det eccle/ sie in cuius iniuriā simoniace resignauit beneficiū vel pauperib⁹ pecuniam sic acceptam qū cōmode

poterit:si nõ potest sine graui iactura ad arbitriũ
boni viri pensanda: adire papam pro dispensatio-
ne post verã penitentiam episcopus poterit cũ eo
dispensare saltem in erecutione ordinũ: marime si
factum nõ est apud omes notoriũ: quia hec est intẽ
tio ecclesie et pape qui nõ debẽt querere q̃ sua sunt:
sed que iesu xp̃i cui data est potestas sup ecclesiã
nõ ad imbursandas peccunias sed pro bono fideli
um. et idẽ si dispẽsetur cũ eo a papa vel a quocũq̃
et non possit soluere quotã pecunie petitã vel assi-
gnatã notarijs. Irregularitas tollitur. Primo p
baptismũ etiam si sit ppter homicidium nisi sit p
pter defectũ natalium vel bigamiã. dis. xxvj. ca. acu
tius. Secũdo tollitur p religionis ingressum irre-
gularitas q̃ non puenit ex pprio delicto: vnde ille-
gitimus factus religiosus promoueri põt ad ordi-
nes sine dispensatione: sed nõ ad prelationẽ vel di-
gnitatem. ca. si. de fil. presby. Tertio p dispensatio-
nem pape q̃ omnẽ irregularitatẽ tollere põt: cum
omnis sit de iure positiuo. ij. q. vij. itẽ daniel. licet
aũt cõueniens et solitũ sit vt sup irregularitate vel
suspensione verbis dispenset sub hac forma. Dis-
pẽso tecum sup irregularitatẽ quã cõtraxisti pro-
pter talem causam: vel si contraxisti quando dubi
tatur. tamen episcopus ordinando eum cum quo
potest dispensare ipso facto dispensat: si hoc inten-
dit licet nõ vtat verbis. et idẽ de prelato mittendo
subditũ vt ordinetur. scdm siluest. et doctores.

Questiones vtilissime de moralib⁹.

Utrum euangelium christi sit vbiqꝫ predicatum. secundum augustinū illud psal. decimo octauo. in omnem terram exiuit sonus eorum: et in fines orbis terre verba eorum. nondum tempore suo erat complectum. sed dauid propter certitudinem prophetie ꝛ diuine ordinatiōis vsus est preterito profucturo. et similiter beatus paulus ad rom. x. non quia id esset complectum: sed quia preuidebat complendū: ꝛ dicit ꝙ tempore suo adhuc fuerunt i quibusdam aphrice partibus gentes q̄bus lex xp̄i nō fuerat predicata: sed crisosto. quem sequuntur communiter in hoc doctores tenet hoc completum etiaꝫ tēpore apostolorum super illud Matthei. xxiiij. predicabitur hoc euangelium in vniuerso orbe: et tunc veniet consumatio. sed secūdum beatum Tho. vtrunqꝫ est verum: quamuis opinio crisosto. magis consonet intentioni apostoli. tempore enim apostolorum ad omnes gentes vsqꝫ ad finem mundi venit fama apostolorum vel per predicationeꝫ ipsorū vel per suos discipulos. mathe. enī predicauit i ethiopia. thomas i india. paulus ꝛ petrus cum alijs in meridie ꝛ occidēte: iuxta preceptum dn̄i. euntes i mundū vniuersum predicate euangelium. vnde scd̄m iacobum de valentia i natiuitate dn̄i i orbe nobis ignota ꝛ inaccessibili vltra meothicas paludes omnia illorū ydola clamarunt: regis pacis ꝛ dn̄m totius mundi fuisse natum i medio mundi. et congregati omnes vene

runt ad partes nostras et famam xpi audierunt. et plures post tempora baptizati sunt: non tamen sic fuit impletum tempore apostolorum quod in omnibus gentibus ecclesia edificaret. quod tamen implendum est ante finem mundi vt dicit Augustinus ad hesitium. in diebus tamen nostris quicquid sit de tempore apostolorum in toto pene orbe iam ecclesia est edificata: quia et apud indos qui habitant sub torrida zona: et in terra firma que noua hispania dicitur: et in calicut que est sub polo antharctico multis gradibus quam habitant lusitani: sunt in multa obseruantia domus religiosorum et clericorum predicantium eis cum multo fructu: vbicunque autem sint homines si in particulari ad eos no venit vox euangelij: si faciant quod in se est deus prouidebit eis de predicatore fidei sicut misit petrum cornelio actuum decimo: et paulum macedonibus actuum decimo sexto. vide sanctum Tho. roma. x.

Verum sit licitum nauticum fenus. pro responsione nota. quod cum vsura sit indubia quando concurrit mutuum quod non est nisi in rebus que vsu suo distrahunt vt pecunia: vel que omnino consumunt vt panis: et lucrum principaliter intentum ex mutuo: et pactum de lucro soluendo: nauticum fenus vbi ista concurrunt sine dubio illicitum est. fit autem hoc modo petro eunti ad indos dat ioannes centum aureos: hoc pacto quod si nauis casu pereat vel merces invia nihil det: si autem ad portum aplicet: det

centum ⁊ quinquaginta aureos: siue lucretur cum mercibus siue nõ: vbi patet ꝙ fit cert⁹ de lucro ⁊ de hoc est pactũ. liceret autem hoc modo si petrus vadẽs ad indos quia est certus ꝓbabilit ꝙ lucrabitur: ⁊ quia nõ vult in ratiocinijs occupari: vl'q: de suo vult donare ⁊ ad placitum disponere spõte ⁊ et se dicat ioãni: da mihi cẽtum aureos et ego volo tibi donare alios quinquaginta talentos. ⁊c. et quãuis de se nauticu ꝫ fenus sit illicitu ꝫ: tot tamen possent in casu particulari circũstantie concurrere: ꝙ omnino iustificaret: sed quia spẽm mali habet dissuadendum semper est.

Utrum assecurare merces sit licitum. dicẽdũ ꝙ cum talis assecuratio non sit vsura vt ꝺ se patet: nec alia spẽs iniusticie: quia ꝑ illam nõ fit lesio proximo s ꝫ cõmodũ sibi ⁊ reipublice: licite fit. dum tamẽ in modo assecurãdi nulla ĩteruẽiat fraus: nec pactum cũ demonib⁹ nec aliqua supstitio. Si quis autẽ indiscrete assecuraret exponẽdo res suas probabili amissionis periculo: tanꝙ imprudens ⁊ prodigus peccabit: ⁊ acceptans talem assecurationem similit quippe qui malo proximo consentit ⁊ cooperat.

Utrum sit licitũ ad ne gociandũ contrahere societatem. pro dilucidatione dubij nota ꝙ societas est aliquoru ꝫ hoĩm contracta cõuentio ob cõmodiorem vsu ꝫ ⁊ vberiorem questũ: fit autẽ licite quando neutra pars grauatur sed dãnum ⁊ cõmodũ inter socios eque diui

dič: siue vnus ponat pecuniaʒ tm̄ et alter personā tm̄: siue alter opa tm̄ ponat alter vero vtrumqʒ: si ue vter qʒ vtrūqʒ ponat. qui vero deponit pecūiā apud mercatorem per modū societatis seu depositi: hoc pacto qp capitale suū in oēm euētuʒ sit sal uuʒ: vsurariꝰ eēt. ex dictis aūt oēs contigētes q̄stio nes circa oēʒ sotietatē tan in pecuniis et mercibꝰ: q̄ in pecudibꝰ decidi pñt: quia nunq̄ sotietas red dič illicita nisi vl'qz sapit vsurā q̄ñ fit pactū qp spsa luū sit capitale: vel d̄ lucro certo siue cōtingat lu crū siue nō. vl'qz fit iiusticia dū vna pars nimis gra

Queriť qp sint gñra cābioꝝ. dicēdū qp quat tria. Primū dř reale tm̄: qd̄ etiā dř cābium adminutuʒ. vt cuʒ pro auro campsor dat argentū aut habēti vniꝰ gñis monetaʒ: dat monetaʒ alteri us gñis accepto p̄cio pro suo labore. Secūdū dř reale per litteras. sicut cuʒ campsor danti sibi hispali certam summā pecunie: dat litteras quibus certa summa de qua cōueniunt deť sibi rome. vel cuʒ habēs certaʒ summā alicubi: quaʒ vellet alibi h̄ere: dat illaʒ cāpsori qui dat ei litteras p quas di cta pecunia sibi reddiť vbi vult: et aliquid soluiť campsori p suo labore ꝛ expensis. Tertio diciť sic cū. sic rome cōsecutꝰ b̄n̄fitiuʒ h̄ns camere soluere aplice p̄mos fructꝰ b̄n̄ficij: accipit cētuʒ a camp sore obligans se illa restituere in ptibus vbi ille ē beñficiatus de moneta ibi currente: et vltra pro lu cro sex vel quinqʒ secūdū qp cōueniūť: et fit scriptu

ra d mutuo z d vsura tanq totu sit d capitali. z iste modus fm q coiter est in vsu no het ,ppriе naturā cābij sed mutui z vsure z est d se illicit9. Primu cābiu fm ioā.de lig.in.c.fin.de vsura no ē licitu nisi attēto interesse.q pecunia est inuēdibilis: cum sit oium reru stimatio: sed cōis opinio tenet opposi tu q cu ars campsoria sit reipublice necessaria: talis campsor licite pōt lucrari aliqd moderate rōne laboris oparu expēsaru pēsionu salarioru: dānoru periculoz: z hui9 modi z naturalis rō hoc suadet. Et istud cābiu habet modu cōtract9 licite pmutationis: vn vna moneta dat ,p alia dissimili in substātia vt auru ,p argento: aut dissimili in quātitate puta attonsa pro cōpleta: aut in qualitate vt noua moneta ,p veteri.pōt etiā esse ibi cōtract9 emptionis z vēditionis vna pecunia tenēte locu rei venalis alia precij: qd fieri pōt qn valor vni9 pecunie est maior vel minor q valor legalis rōne sue bonitatis vel malicie. Utru aut pecunia sit vendibilis statim dicet: qui aut no est cāpsor nec artem istaz exercet: scdm aliquos nil pōt lucrari: sed dici pōt q si nullu patit periculu nec dat monetā meliorē q accipiat no licet ei aliquid lucrari: si vero patit dānum: puta magnā iacturā tpis inumerando vel aliud simile qd no solet gratis cōcedi: vel si dat pecuniā bonā ,p mala: licite aliqd lucrabit arbitrio boni viri. Scdz cambiu fiir est licituz z habet modu emptionis z vēditionis q eadē moneta potest

esse preciũ sui ipsiꝰ qñ est in diuersis locis: qꝛ eadē pecunia plus valet rome qñ est presens: ꝙ quādo ab ea distat. habet etiā modũ pmutationis qꝛ accipitur rome tm̄ de ista moneta vt alibi certa alia sũma accipiatꝰ: est etiam ibi locatio operũ pro pecunia ducenda ad aliũ locũ formaliter vel equiualēter. Et scd̄m oēs iste cōtractꝰ est licitꝰ ꝛ necessarius iure gētium ac naturali rõne munitum: quia campsor subijt pericula viarũ ꝛ nunciorũ dãna pēsiones oparũ ꝛ salaria factorũ. vt not. in. l. piculi. ff. de nauti. fen. Cambiũ igitur adminutũ ꝛ cābiũ per lras licita sunt: ꝛ licet moderate lucrari iuxta patrie morē. Cābiũ aũt siccum vsura palliata est ꝛ solo noīe cambiũ: sed nũquid qñ est breuis distātia locorũ erit cābiũ p lras: sicut tpe nundinarũ hispali danꝰ pecunie: vt soluanꝰ metine cuꝫ certo lucro. Dicendũ ꝙ absolute loquēdo vsura est cũ interueniāt i tali ɔtractu oīa reqsita ad vsurā: i particulari tñ aliqñ poterit licite fieri ꝛ peti lucrũ. Rõne dãni emergētis. Rõ lucri certi cessantis. Rõ pꝑ piculum ꝛ expēsas vel pꝑter aliā circunstātiam talē actum iustificantē.

Utrum liceat pecuniā vendere vel emere. pro respon. nota ꝙ duplex ē valor monete. vnus realis rõne materie ex qua est: alius legalis quē habet moneta ex statuto cōmunitatis seu principis a quo data est. vñ stat monetā equiualentē in valore legali vnā excedere aliā i valore reali rõne materie. Ubi gr̃a. valor vnius aurei ducati

excedit valorem ducati ex ere legalem. Cōsideran do igitur monetam rōne materie vēdi pōt ⁊ adhuc maiori precio q̄ sit valor legalis. mille eni libre in auro materialr valent plusq̄ mille in pecūia erea: et in vna materia aurea plusq̄ in alia etiā aurea vl' ratione pōderis seu pfectionis quia ex sua origine aliquod aurū est perfecti⁹ alio: aut rōne deportationis quia vna est aptior ad portādū q̄ alia: aut rōne vilioris distractionis: quia illa in pluribus locis distrahit̄ suo legali pretio q̄ ista: aut rōne periculi exbanitionis cui plus subiaceat erea q̄ argētea: aut ratione cōmodationis: quia vna vtilior est ⁊ ad plura valet q̄ alia: sicut aurea pōt poni in medicina: ⁊ aliqua aurea valet ad deaurandū nō alia: similiter pecunia distās min⁹ valēs q̄ presens ratione periculi ⁊ expēsarū in deferendo: moneta igitur rōne materie ⁊ sub respectib⁹ vendi ⁊ emi pōt ⁊ maiori seu minori precio: q̄ sit legale sine vsura. Dicit etiā siluest. q̄ habēs monetā valentē ex statuto legali. lx. puta bonū aureū posset illū vēdere. lxij. si sibi est cara vel sibi sic valet: sicut habēs equum valentē cōmuni estimatione. x. pōt illū vēdere. xij. et idē de quocūq; qd̄ est carius possessori. Aduerte tamē q̄ quāuis moneta possit licite emi vel vendi alio precio q̄ legali ratione distātie localis quia pecunia presens plus valet q̄ distās: non tū hoc licet vlr rōne distātie tēporis ⁊ āticipate solutionis: nisi qn̄ vēditor erat talē rem seruaturus in temp⁹

aliud: vel nisi emptor sit receptur⁹ rē in tpe de quo est veri silr dubiū de rei valore ⁊ huiusmodi.

Verum sit licitum vēdere ⁊ emere tributa ad tēpus q̄ hispane dicunt̄. tributo alquitar. sic cum quis inopia artatus rem quā imppetuū vendere pro. xv. millib⁹ dipondijs: vendit pro decem millib⁹ alquitar: ita q̄ qñcunq̄ sibi fuerit possibile redimat illā datis decē millib⁹ que. p illa acceperat: aliqui simplr̄ damnāt talē contractū: asserentes esse palliatā vsuram: quia cū redditur ⁊ tributum mille dipōdiorū vendatur. p decem millibus dipōdijs cōmuniter: paruo tempore emptor habebit in redditibus tantūdem sicut capitale: ⁊ si venditor velit redimere rem venditā dato accepto pri⁹ precio: p mutuo accipiet emptor duplum. Sed dici pōt q̄ quāuis a talib⁹ cōtractib⁹ habētib⁹ speciem mali sit abstinendū: iuxta illud apostoli: ab oī specie mali abstinete vos: ⁊ semp hijs intendere sit proposse dissuadendū: si quis tamē nollet ab hijs abstinere nō esset dānandus: imo videtur cōtract⁹ licitus: dū modo sit vera venditio sine determinatione vsq̄ ad tale temp⁹: quia si venderet vsq̄ ad certū tempus: locatio esset nō venditio ⁊ teneretur fructus pceptos cōputare: quia sicut possum vendere rē meam sine spe rehabēdi illam: ita cum spe rehabēdi: ⁊ sicut res mihi ppetuo assignata plus mihi valet q̄ assignata ad tēpus: ita res vēdita cū spe recuperandi: minus valet ementi: q̄ perpetuo

vendita: nec per hoc dānificat̄ prim⁹ imo ei⁹ negotiū sic vendēdo vtili⁹ gerit̄: nec valet rō de fructib⁹ pceptis ex quo res simplr̄ est vendita: q̄ etiā in re sine spe rehabēdi vendita sepe accidit q̄ fructus pcepti paruo tpis spacio adequāt totū preciū solutū: nec ,pter aliquis dicit emptorē ad aliqd teneri. predicta intelligo dū modo venditor nō sit in tali necessitate q̄ emptor teneat̄ sibi simplr̄ subuenire nō accepta re sua quā sibi vēdit: ⁊ detur preciū iustū scd̄z q̄ currit ○rta questione sup hoc. martini⁹ v. cōsultus determinauit talē contractū cū cōditione reuenditionis nō esse vsurariū sed licitum ⁊ iuri cōi conformē vt habet̄ in extrauagā. q̄ incipit. regimini. et habet̄ in fine clemētinarū. vn̄ contrariū opinari est temerarium.

Utrum dn̄i hn̄tes in suis terris speciale hospitiū furnū ⁊ h̄moi ita q̄ nulli licet alibi coquere nec facere furnū nec recipe hospites sint tuti in cōscientia. multi canoniste tenēt simplr̄ q̄ sunt i malo statu ⁊ q̄ talis exactio est rapina: nec saluat eos possessio inmemorialis quia nūq̄ possiderūt cū bona fide: sine qua p̄scriptio longissimi tēporis nō valet: ex quo enī prescriptio inter oēs titulos est debilior: vbi incertū est vel dubiū probabile q̄ fuit bona fides a principio vel inter medio possessionis vel quocūq̄ tēpore hoc veniat in mentē. tutius est remittere tales exactiones: p̄sertim q̄ dn̄i ad vassallos presumit̄ violētia vt videntur tenere

